# SECRETVM SECRETORVM ARISTOTELIS AD ALEXANDRVM Magnum, cum eiusdem Tractatu de Animæ immortalitate nunc primùm adiecto.

A FRANCISCO Storella Alexanense Philosopho ad ueterum exemplarium fidem castigatum, atq; pulcherrimis annotationibus illustratum.

ALEXANDRI Magni ad Aristotelem epistola de admirabilibus Indiæ per eundem Storellam castigata.

ACCEDVNT præterea duo Tractatus, scilicet Hippocratis Secreta secretorum, & Auerrois Libellus de Venenis, Qui penè extincti, ab eodem Storella castigati iam ab Orco reuocantur.

AD HECTOREM PIGNATELlum Illustriss. Vibonensium Ducem.

## DOMINICVS PIZIMENTIVS HECTORI PIGNATELLO Vibonenſium Duci.

*Olim tuta ſuo fuerat ſatis Hector e Troia;*
*Viſa nec hoſtiles pertimuiſſe manus.*
*Sic liber eximius ſtygijs reuocatus ab umbris.*
*Hectoris hic ſolo nomine tutus erit.*
*Hoc magni ſolus Hector noua gloria mũdi*
*Dux bone diuino munere dignus eras.*
*Crediderat Cæſar regni ſecreta potentis,*
*Hoc tibi ſed maior tempore ſurgit honos.*
*Hæc orbis natura etenim ſecreta libello*
*Nuncupat, ambroſio ſparſa liquore parens.*
*Res alias populo dederant; tamen omnibus ipſa*
*Pulchrius hoc unum prœla fatentur opus.*
*Ante alias Vibona igitur caput efferat urbes*
*Candida, ab inſigni Principe nata regi.*

Nicolai Maraſchij Gallianenſis
δίστιχον.

Τρυγὸσ τοῦ δὴ ψυχὰσ utrum λῦσ᾽ ἐπιγεῖτε
Στωρὶμ᾽, ἀκάρπουσ γὰρ φῦγ᾽ ὁ δ᾽ ἐν κόνους.

# ILLVSTRISSIMO HECTORI PIGNATELLO VIBONENSIVM Duci ornatiſſ. Franciſcus Storella fœlicitatem.

SEcretũ Secretorũ noſtris uigiliis illuſtratũ emiſſurus, ornatiſſ. Princeps, opus ſanè quod et ab Ariſt. ſcribi, & ad Alexandrũ mitti nequaquam fuit indignũ, cum generis nobilitate, armorũ præſtantia, amore quo bonas ſciẽtias profitentes proſequeris, literarũ cognitione, (abſit adulatio uerbis, uera.n. & omnibus nota loquor,) alterũ prætereas Alexandrũ, Cũq; optimè gubernãdi (ut Chriſtianiſſ. Principẽ decet) prudentia, uitæ ſanctimonia, cõſcientiæ integritate, ueræq; religionis cultu, non ſolo nomine, ſed etiã opere, eũ haud parũ antecellas, non ĩmeritò ex tot equitibus te unũ elegi, ſub cuius nomĩe hoc Ariſt. precioſiſſ. opus nuncuparẽ, quod, ſi ea animi bẽignitate acceperis, (ut ſpero) qua cætera tuæ celſitudini ab humillimis ſeruis tradita, ob innatã humanitatẽ admittere conſueuiſti, me nedũ acerrimũ defenſorẽ, ſed etiã humanã fœlicitatẽ nactũ exiſtimabo. Vale.

QVicunq; hoc secretorũ opus lecturus acce- dis, postquã gloriosiss. Deo ingentes gra tias habueris, ꝙ tam abditissimum, atq; preciosissimũ secretũ ad tuas manus peruenire cõcesserit, ac ubi mẽ tem ab oĩ iniquitatis labe purgaueris, ne intellectus a- cumẽ in tam subtilissimis, atq; purissimis præceptis in telligẽdis conscientiæ impuritate inquinetur simul et obtenebretur, hoc unũ tibi persuasum uelim humanis- sime lector, ꝙ priusquàm ad autorem te conferas, hãc nostrã præfationẽ, nouẽ annotationibus absolutam le gere non dedigneris, inuenies forsan quædam, quæ te legisse non pœnitebit.

Quòd liber sit Aristotelis. Annotatio prima.

Et si uolumẽ hoc Aristotelis non esse, primus Mi- randulanus Princeps in pri. aduersus Astrologos, ac Secundus in 5°. prænotionum affirment, (quod inde suaderi posset, ꝙ autor hoc in libro nonam sphæram agnoscit, quã ab Arist. ignotã nemo uertit ĩ dubiũ, Ni syderũ primã, & elementorum nonã uocasset) tamen & recentiorũ & antiquiorũ Philosophi. nõ pauci hoc

uelut Arist. citant, Inter quos ē Michael Angelus Blōdus in sua Physiognomia, Bartholomeus Moles in tractatu de sanitate conseruanda, Bartholomeus Cocles in Anastasi, Suessanus in tabulis physiognomicis, Achillinus Alexander dū de Physiognomiæ & Chiromātiæ subiecto cōtēdit, Christoforus Marcellus cū de anima pertractat lib. secun. Michael Scotus in quæstione de natura Solis & Lunæ, expositor Boethi de cōsolatione et de disciplin. scolariū, Arnaldus de Villa noua in tractatu De regimine senum, Cardinalis Ferdinandus Poncectus dum agit de uenenis libri pri. tractatu pri. Petrus Apponensis, tū differentia 123. & 155. sui Cōsiliatoris, (licet in. 142. ut Aristot. adscriptum citet) tum etiā creberrimè in tractatu de Physiognomia, Magnus etiam Albertus in pri. de animalibus tractatu 2. et demum Petrus Bonus in preciosa Margarita persæpe, clarius tamen dum ait, & quamuis dicunt aliqui hunc librum non fuisse Aristot. cùm non redoleat eloquentiam eius ut in naturalibus & in Methaphysicis, tamen quia fama testatur eius fuisse, & quia materia libri magis est narratoria, & quia inuenimus autoritates eius huius libri alli

gatas à Ioanne Mesue capitulo de ægritudinibus oculorum, & ab Hali in libro suo de secretis secretorum ideo credimus fuisse suum.

Et si ab Aristotle editus nō fuisset, non tamen ob hoc minori studio esset amplexandus. Secunda.

Ex illo uulgato Aristot. in Ethicis dicto, amicus Socrates, amicus Plato, magis tamē amica ueritas, eam Senecæ sententiā elicere possumus, q̄ nō quis dicat, sed quid dicatur oportet attendi, quā ante utrunq; etiā Diuinus Plato in Phædro pronunciauit, quæ si uera est (ut omittam Planetarū aspectus, temporū partitionē, plantarū ac lapidū miras quasdam uirtutes, bellādi gubernādiq; doctrinā, Physiognomiæ cognitionē, secretorū secretissimū secretū, ac alia multa, quæ hoc in libro declarātur) cum in hoc aureo uolumine mētē sanam haberi instituatur in corpore sano, & si nunquā fuisset Aristot. quē tamen ob hoc tātū opus legere, relegere, discere, ac etiam memoriæ mandare pigebit?

Ab huius libri lectione neminem auerti debere, & si quædā haud satis sincera in hoc inueniantur. Tertia.

Nec illud à libri lectione aliquem deterreat, quòd s. nonnulla inueniet, quæ fideli Christiano scādalum porrigere possent, quis. n. Ethnicorum liber est, qui in

aliquo nocere nō poſſit? multa nēpe in Galeni, Alexā. Auerrois, Ariſtot. ac etiam Platonis lib. ſcandalū pariẽtia, quinimmo noſtræ ueræ fidei apertiſſimè repugnantia reperiũtur, & nō tamē ob hoc à religioſiſſimis ac etiam ſanctiſſimis uiris non lectitantur, ſed apeculā imitari oportet, quæ ad omnē floſculum, ad omnē aduolans fruticem, quæ noxia ſunt derelinquens, tãtū id excerpit, quod ad mellificiū ſit conducibile, quod et Diuus Hieronymus ad Damaſum ſcribens cōfirmat inquiens; huius ſapientiæ typus (de gentilium profectò doctrina loquebatur) & in Deuteronomio ſub mulieris captiuæ figura deſcribitur, de qua diuina uox præcipit, ut ſi Iſraelites eam habere uoluerit uxorē, caluitiū ei faciat, ungues præſecet, & pilos auferat, et cū mūda fuerit effecta, tūc trāſeat in uictoris amplexus. Hæc ſi ſecūdū literā ĩtelligimus nō ne ridicula ſunt? itaq; & nos facere ſolemus, quando Philoſo. legimus. quādo in manus noſtras libri ueniũt ſapientiæ ſecularis. ſi quid in eis utile reperimus ad noſtrū dogma cōuertimus, ſi qd uerò ſuperfluū, de idolis, de amore, de cura ſeculariū rerū, hæc radimus, his caluitiū inducimus hæc in ũguiū morē ferro acutiſſimo deſecamus.

*Quarta quomodo ex græco idiomate in latinum, quem iam habemus, sermonem migrauerit.*

*Fuit autẽ liber hic ab autore græco idiomate cõpositus, ex græco autẽ in romanũ uel chaldæũ sermonẽ trãstulit Ioãnnes quidam, deinde in arabicũ ab eodem Ioanne fuit trãslatus, testatur hoc ipsius Ioãnis præfatio, quæ ad uetustissimi codicis lectionem emendata est huiusmodi.*

*Ioannes q trãstulit istũ librũ. filius patricij, linguarũ interpretator peritissimus & fidelissimus ĩqt, nõ reliq locũ neq; tẽplũ ĩ qbus philosophi cõsueuerint cõponere, & deponere sua opera, et secreta, quẽ nõ uisitauerĩ, nec aliquẽ peritissimũ, quẽ credidi aliquã habere notitiã de scripturis physicis, quẽ nõ exquerim, quousq; ueni ad oraculũ solis, quod cõstruxit AEscus lapides perse, ĩ quo ĩueni quẽdã uirũ solitariũ, abstinẽtẽ, ĩ philosophia peritissimũ, cui me humiliaui, et ĩ quãtũ potui seruiui et supplicaui deuotè, ut mihi ostẽderet secreta scripta illius oraculi, q libẽter tradidit, ĩter cæterã opus desideratũ ĩueni, propter quod ad locũ illũ iuerã, & tẽpore lõgissimo laboraui: quo habito cũ gaudio ad propria remeaui, refẽrẽs grates multimodas creatori, et ad petitionẽ regis illustrissimi laboraui, studui, & trãstuli ipsum primò de græca ĩ romanã, deinde in arabicã. in primis enim sicut inueni in ipso codice, transtuli librum peritissimi Aristotelis, in quo respondet ad regis Alexandri petitionem sub hac forma.*

*Diximus autẽ disiunctiuè Ioãnẽ ex græco in romanũ uel chaldæũ sermonẽ hunc transtulisse, nã uulgata*

gata lectio in romanũ, uetustissima uerò in chaldæũ à Ioanne primò uersũ fuisse testatur. Ex arabico autẽ in quẽ Ioannes transtatarat, à Philippo quodã Tripolẽ si clerico in hunc quẽ iã habemus romanũ sermonem fuit uersus, ut ipse Philippus in sua præfatione testatur. quæ cum nil ad rem spectans cõtineat, nisi quendã capitũ operis confusissimũ indicẽ, ne superfluis lector oneretur studio à nobis fuit prætermissa.

Hoc secretorũ uolumen in quo, ab eo quod Ticinij fuit excusũ discrepat, Aristotelisq; tractatulus de animæ immortalitate adnectitur. Quinta.

Illud etiam hoc in loco præmonendum esse ducimus, φ Ticinij liber, qui secretũ secretorũ Arisiot. inscribitur, fuit excussus à præsenti tamẽ lõgẽ diuersus, liber siquidẽ ille in treis partes ẽ scissus, in quibus, tribus Alexand. postulationibus fit satis, in prima agitur de immortalitate animæ, in secunda de cõseruatione sanitatis, in tertia uerò de regimine principũ, duæ posteriores partes ex præsenti uolumine sunt excerptæ, capitũ tamen ordine, ac uerbis nõnullis immutatis, sententiæ tamẽ nihil ferè est in illis, quod ex præsenti non fuerit abstractũ; At prima in hoc minimè habetur, ne itaq; cupidus lector ex secretorũ uolumine in hac edi-

*tione aliquid desideret, quod ego præstare possum, illã hic subijcere decreui, eoq; libentius, q; & breuitate & utilitate maxima est referta, est autẽ tractatulus ille, subscriptus.*

O ALEXANDER *In epistola tua petebas à me tria: ego cupiẽs tibi morẽ gerere, primò dicã de animi æternitate: postea de alijs.* Socrates *sæpe cũ discipulis de hoc loquebatur, castigabat eos magnoperè q; dicebãt animas mori cũ corpore, quia sic boni & mali pares essent post mortẽ, & tolleretur oĩs ratio uiuẽdi. Ad qd sudare ob uirtutes et speculatiuas sciẽtias ac qrẽdas? unde opinari animã rationalẽ esse mortalẽ est causa omniũ malorũ ueniẽtiũ mortalibus, ĩ* Phædone *dictũ est, q;* Socrates *cõquærebatur animã ĩ corpore sepultã, ac ibi detineri tãq; ĩ carcere, & adducebat uetus illud eulogiũ quo dicitur.* In carcere *quodã fuimus postq; uenimus. Ideo corpus spleum appellabat, &* Empedocles *antrũ, et animæ hinc profectionẽ, nexuũ solutionẽ, ac splei fugã aiebat.* Et Axiocho *laborãti sua sit* Socrates *ne timeret mortẽ propter animæ immortalitatem, quæ post exitũ ab hoc mortali corpore præmiatur secũdũ merita: adeo q;* Axiochus *ex ui uerborũ suorũ prius formidans mortẽ, ac deplorãs se priuari his bonis, iam mortẽ exoptaret, ut sua aĩa ex hoc carcere liberaretur.* Neq; *ẽ uerũ ut ĩ* Thimeo *dictũ est, aĩas reuerti ĩ noua corpora ad luẽda supplitia.* Nã *qd oportet aĩas uinculis corporis eripi: si rursus in aliud corpus detrudẽdæ sunt? nã ociosa esset mors.* Nã *oportebat malorũ hominũ catenus proferri uitã, quo ad illorũ propagãdi essent cruciatus.* Pater Socrates *prius docuit animæ rationalis immortalitatẽ: ac post separationẽ à corpore illæ quæ uirtutibus erãt præditæ gaudebãt iucũditate, ac harmonia cœlesti, et*

erãt gratæ primo rerũ opifici. At ille quæ obscuris actibus et beluinis uoluptatibus erãt deditæ: deprimũtur in orbẽ tristem ac tartarũ, ubi tenebris, tristitia: ac perpetuo igne cruciãtur.
Dixit quãdoq; Plato animas rationales è corporibus exolutas accedere ad cõpares stellas, ibiq; beari ac tristari secũdũ merita ac demerita. Diximus nos in his quæ de anima: intellectũ hominis esse immixtũ animæ impassibilẽ, & incorruptibilẽ, & in libro de natura deorũ docuimus eũ remanere post separationẽ à corpore, cũ illis affectionibus quas in corpore acquisiuerat idcirco malorũ animæ cum restẽt cum passionibus gulæ, luxuriæ, ambitionis, & auaritiæ, appetunt iterum exercere illos actus: & cum desint eis corpora ac organa proportionata ad illa, detinẽtur hac exercẽdi libidine perpetuò, et ita habẽt hãc perpetuã miseriã. Bonorum uerò animæ quæ uirtutẽ & sciẽtias speculatiuas habuere, et uirtute hercyea elatæ post mortẽ remanẽt capaces beatitudinis, et sic beãtur per hoc, q̃ deus et ĩtelligẽtiæ hæ uẽt uti formæ illis, et sunt Deo amãtissimæ. Locus beatitudinis est stella cõpar, domina signi horoscopãtis, per quod aĩa descẽdit, siquidẽ cum per illã descẽdat par est ut ad illã redeat ut beatificetur. Quare Alexãder te toto animo ad uirtutẽ & scientias capescẽdas accingas, reijciens uitia, ne post mortem anima tua tristetur æterno tempore.

Hunc librum à nobis mutilum haberi. Sexta.

Hunc librũ non integrũ sed in aliquibus mutilum haberi facilè colligi potest, autor siquidem in hoc eodẽ aliqua declaranda pollicetur, quæ in hoc nõ inueniũtur Ioannes etiam Mesues & Alexander Achillinus ex Aristotelis libro ad Alexandrũ quædã adducũt, quæ in hoc desiderantur, ut autẽ nobis maior fides adhibea

tur & quæ ab illis uiris citata sunt ab inspecturis hoc uolumẽ non desiderẽtur, ea hic apponere decreuimus, sunt autem Ioannis Mesue in capite de ægritudinibus oculorum uerba hæc.

Aristoteles instruens Alexandrũ Regem inquit, frequentationes pectinis super caput uapores uisum impedientes euertunt ad cutem, ne uisui obsint. Item inqt, aspectus rerũ uiridium in loco multæ temperiei uisũ corroborat. Item dixit, aspicere speculũ tersum directũ & diu intueri super ipsum uisum corroborat, & oculi defatigationem remouet. Item iniunxit, post oculi defatigationem ingredi domũ obscurã nõ multæ tenebrositatis, & intueri fenestras in qbus sit aliquod parũ uiride uel intueri aquam uiridem & submergere oculos in ipsa. Item dixit, exercitatio legendi literas mediocres uisum corroborat, & oculorum sanitatem custodit.

Achillini autem uerba in quæstione de subiecto physiognomiæ & chyromantiæ sunt hæc.

Aristoteles etiam in libro de Regum Regimine ad Alexãdrũ Macedonem dixit, quòd Alexander multas solis habuit proprietates, qa sole ex orizonte ascendente & domum propriam peragrante ex matris uentre primùm efferebatur in lucem, cor enim leonis influxit.

Anonymi Cuiusdam præfatio. Septima.

Prius inuulgatis codicibus cuiusdã Anonymi præfatio præponitur, ex arabico ĩ latinũ ab eodẽ Philippo uersa, de quo paulò superius loquuti sumus, in qua cũ nonnulla de Aristot. legantur quæ alibi forsan nõ inue

*niuntur, ne huic nostræ editioni quid desit, quod præcedētes præstant eam, & si corruptissimam hic apponere decreuimus, est autem hæc.*

*Deus omnipotentēs custodiat regē nostrū ad gloriā credētiū & cōfirmet regnū suū ad tuēdā legē diuinā suā, & perdurare faciat ipsum ad exaltandū honorē & laudē bonorū. Ego suus seruiēs exequtus sum mādatū mihi iniunctū, & dedi operā ad requirēdū librū moraliū de regimine domini qui nominatur secretū secretorū, quē edidit princeps philosophorū* Aristoteles *filius* Nicomachi *de* Macedonia *discipulo suo magno imperatori* Alexādro *filio* Philippi *regis græcorū. Qui* Alexāder *dicitur duo cornua humisse. hūc quidē librū cōposuit in sua senectute & uirtutū corporaliū debilitate, postq; nō poterat quotidianos labores & uiarū discrimina tolerare nec regalia ēt negocia exercere. quia* Alexāder *cōstituerat ipsum præpositum uiceregē & magistrū, quē elegerat & dilexerat multū, eo q erat uir sani cōsilij & magnæ litteraturæ: penetrabilis intellectus uigilās in legalibus studijs, in magnanimis & gratuitis moribus & spūalibus scientijs cōtēplatiuus, charitatiuus, discretus, humilis, amator iustitiæ, relator ueritatis, & propter hoc multi philosophorū reputabāt ipsum de numero prophetarum, qui nō fuerūt missi gētī, nec fuerit ipsis data lex. Inuenitur ēt in antiquis codicibus græcorū q deus excelsus suū angelū destinauit ad eū dicēs potius nominabo te angelū q; hominē. Sanè multa habet prodigia magna miracula & extranea opera, quæ nimis esset longū cūcta per ordinē enarrare, unde in morte sua diuersæ fuerūt opiniones, una secta dicēs q perijt ut cōsuetudo terræ & est ipsi monumētū situ, quædā aūt secta quæ dicitur*

peripatetica asserit ipsum ascēdisse ad empireū cœlū in colūna quasi ignis, dū igitur uiueret, cōualuit Alexāder per obseruationē sui sani cōsilij & imitationē præcepti. & iō subiugauit ciuitates. & triūphās acquisiuit sibi cūcta regna. & totius mūdi solus tenuit manarchiā & in oēm terrā exiuit fama sua, & per uniuersa mūdi climata oēs gētes & diuersæ nationes se se subiciebāt suo præcepto & imperio. Arabes atq; perses. nec fuit gēs aliqua quæ sibi auderet resistere in facto uel in dicto. Porrò multas morales epistolas cōposuit Aristoteles propter dilectionē cordiū & finale secretū. una. n. suarū epistolarū est hæc quā direxit Alexādro. Quādo. n. Alexāder subiugauit sibi perses. & captiuauit magnates direxit epistolā suā ad Aristotelē sub hac forma. Doctor egregie, rector iusticiæ, significo tuæ prudentiæ me inuenisse in terra perses quosdā habētes abundātem rōem, intellectū penetrabilē studētes super alios dominari & regnū acquirere, unde nos proposuimus uniuersos interficere. quicquid digni super hoc decreueris, nobis significa tuis scriptis.

Aristoteles ad Alexandrum.

Si poteris ipsos occidere est potentia in manu tua ī hoc propter regnū, tamē nō poteris occidere terrā, sed si potes imitari illius terræ aerē & aquā atq; ēt dispōm ciuitatum, implebis tuū propositū. uis aūt dominari super eos cū bonitate, exaudi eos cū benignitate. quod si feceris, fiduciā gero, ꝙ cū Dei adiutorio erūt oēs subiecti ad tuū beneplacitū, & præceptū, & per amorem quē habebūt in te dominaberis eis cū triūpho pacificè.

Alexander igitur recepta sua epistola adimpleuit suū consilium diligenter, & erant perses magis obedientes suo imperio q; omnes aliæ nationes.

Illud etiā silentio non inuoluam diligentissime lector, quod nollem te conturbari, si hanc nostrā editionem à prioribus, in locis ferè ducentis discrepantē inuenies, hoc.n. non temerè sed studio à nobis factum fuisse scito, ut.n. hæc nostra editio luculentissima haberetur, nedū ortographiæ rationē in alijs desideratā apponere laborauimus, & adnotationes nonnullas iuxta locorū exigentiā occurrentes, sed etiā ueterū exēplariū fidē sequuti uulgatā in omnibus locis castigauimus, in quibus aut falsam, aut minus sincerā quàm lectio ex uetustissimis exēplaribus desumpta, eā iudicauimus, utinā autē antiqua exēplaria in omnibus libri capitibus habuissemus, nam multis in locis emendatior prodijsset.

Quid tribus adnexsis opusculis à nobis sit præstitum. Nona.

Huic secretorū secreto treis tractatus adneximus, quorū primus est de admirabilibus Indiæ, qui sicut ē lectu iocundissimus, sic & lectione deprauatissimus, quod ex uno ostēdi facilè potest, Lunæ arbor Alexādro respondens, eum moriturum sequenti anno, nono mense prædicit. Solis uerò hoc indè ad annū & septē menses futurum affirmat, quod non oraculi uel autoris inconstantiæ, sed scriptoris alicuius incuriæ tribuē

*dum nemo dubitabit, Huic autem ueteris exemplaris auxilio destituti præter orthographiæ ratione, quã in plerisq; locis adiunximus, opẽ nullam affere potuismus. Duo uero reliqui sunt, Hippocratis tractatus, qui secreta secretorum inscribitur, & Auerrois libellus de uenenis, quos penè extinctos ex Orco reuocãtes ad orthographiam à nobis emendatos, ac in singulas præ notiones primũ, alterũ uerò in capita, diuisum, (ne tàm rarissimi libelli amplius laterent,) iam in uulgus emittere uoluimus, licet Auerrois libellum haud integrum existimemus, nam cùm uenena in duo genera distinxisset, in ea scilicet quæ interficiũt à forma specifica, et in illa quæ occidunt à forma cõplexionata, hæcquè secundi generis in treis species diuisisset, in ea uidelicet quæ à caliditate, aut à frigiditate, uel ab humiditate operatur: cunq; operantium à forma specifica, nec non à forma complexionata, ut à caliditate, & frigiditate, signa atq; remedia declarasset, consequens erat ad hoc ut materia sit absoluta, operantium ab humiditate signa atq; remedia patefacere; quod, proh dolor, hoc in tractatu desideratur.*

Explicit *Præfatio.*

# SECRETI SECRETORVM ARISTOTELIS.

## Prefatio.

FILI gloriosissime: iustissime imperator: confirmet te deus in via cognoscēdi creatorem: et te ipsum et quod ambules in semita veritatis: et virtutis: et reprimat appetitus bestiales: et confirmet tuum regimen: et illuminet tuum ingenium ad suum seruitium: et honorem. tuam siquidem epistolam recepi honorifice sicut decet: et plene intellexi q habes desiderium de mea persona: vt tecum essem. miraris qualiter possim abstinere de te: arguens me de tuis operibus parum curare. porro hac de causa destinaui: et proposui facere canonem tue clementie qui erit liber ponderans cūcta tua opera: supplens vices meas: et regula certissima ad omnia que volueris: et que ostensurus essem tibi: si presens essem tecū. Non debes siquidem arguere me: cum scias vel scire debeas: q non omicto venire ad tuam latissimam gloriam pp contemptū: sed quia grauitas etatis: et debilitas corporis circōuenerunt: et reddiderunt me pōperosuz: atq inhabilē ad eundū. preterea qđ interrogasti et scire desideras ē arcanum tale q humana pectora vix poterunt tollerare. quomodo ergo poterit in mortalibus pellibus depingi: ad illud itaq quod te decet inquirere: et mihi licitum est tractare: me oportet et teneor debite respondere. sicut tu teneris debito discretionis non exigere de me amplius ex hoc secreto quod tibi tradidi in hoc libro. quod si attente et studiose legeris et intellexeris: et ad plenum scieris que in ipso continentur: indubitanter credo q nō erit inter te et illud quod

scire desideras aliquod obstaculum : quia tantam gratiam contulit tibi deus ꝛ intellectum i velocitate ingenij ꝛ i literatura scientię : insuper per meam doctrinam pręcedentes quam tibi tradidi: ꝙ per te ipsum poteris comprehendere : ꝛ figuratiue intelligere totum illud quod postulas edoceri. quia desiderium feruentis voluptatis aperiet tibi viam: ad tuum propositum obtinendum: ꝛ perducet te ad finem optatum: domino concedente. Causa quidem hęc est: qualiter tibi figuratiue reuelo secretum meum: loquens tecum in exemplis: ꝛ ęnigmatibus atq; signis. quia timeo nimium: ne liber pręsentium ad manus deueniat infidelium ꝛ ad potestatem arrogantium. ꝛ sic perueniret ad illos bonum ꝛ arcanum diuinum: ad quod summus deus illos iudicauit immeritos: ꝛ indignos. Ego sane transgressor esses diuinę gratię: ꝛ fractor cęlestis secreti: ꝛ occultę reuelationis. quapropter tibi sub attestatione diuini iudicij : illud detego sacramentum: eo modo quo mihi est reuelatum. Scias igitur ꝙ qui occulta detegit ꝛ arcana reuelat: ipsum in proximo multa infortunia consequentur: unde securus esse non poterit: a contingentibus: ꝛ malis futuris. dominus igitur custodiat te : ꝛ me: a consimili: ꝛ ab omni opere inhonesto : post hęc autem omnia: reduco ad tuam memoriam: illud salutiferū documentum: quod tibi semper consuetus sum exponere: ꝛ tuam animam nobilissimam informare: ꝛ hoc erit tuum solatium ꝛ speculum salutare. Oportet igitur quemlibet regem: de necessitate habere duo iuuamina sustinentia regnū suum: vnum eorum est fortitudo virorum : in quibus tuetur: ꝛ cōfortatur regimen suum: ꝛ non habebit hoc: nisi quādo rector in rectis: ꝛ dominator in subditis dominatur: ꝛ ipsi subditi vniformiter obediunt dominanti. sicut pp inobedientiam subditorum debilitatur ꝛ subijcitur potentia dominantis: ꝛ regentis: ꝛ subditi dominantur : ꝛ ego reddam tibi causam propter: quam subditi inducuntur obedire dominanti. Causa quidem duplex est: vna extrinseca: ꝛ altera intrinseca: ꝛ ego nuper declaraui tibi extrinsecam .s. vt di-

spenset eis suas diuitias sapiẽter: ⁊ circa ipsos exerceat largitatem: retribuendo meritis singulorum: ⁊ cum toto isto: oportet reges aliam habere cautelam de qua faciam tibi in sequentibus mentionem: scilicet in capitulo de diuitijs ⁊ iuuaminibus. Secundum: inducere animos ad operationes: ⁊ istud precedit: ⁊ est in primo gradu: sed illud secundum duas habet causas: intrinsecam scilicet: ⁊ extrinsecam. Causa extrinseca est vt rex iusticiã exerceat circa possessiones: ⁊ quęstas pecunias subditorum parcendo: ⁊ miserando. Causa vero intrinseca est secretũ philosophorum: ⁊ rectorum quos deus gloriosus pręelegit: ⁊ eis scientiam cõmẽdauit: ⁊ ego cõmendo tibi hoc secretũ: cum quibusdam alijs: quę inuenies in diuersis titulis huius: libri: in quibus extrinsecus philosophiam maximam inuenies ⁊ doctrinam. intrinsecus vero causa finalis quę intenditur continetur. ibi. n. est tuũ principale propositũ ⁊ finale. Cum igitur perceperis significationes dictorum ⁊ ęnigmata exemplorum: tunc plenę ac perfecte desideratum propositum consequeris. Deus itaqꝫ sapientissimus ⁊ gloriosissimus tuam illuminet rationem: ⁊ declaret intellectum ad percipiendum istius scientię sacramentum: vt in ea merearis fieri meus heres: ⁊ fidelis successor: ipso auxiliante: qui suas influit diuitias abundanter in animas sapientum: ⁊ studentibus tribuit gratiam cognoscendi: cui nihil est difficile: sine quo nihil est possibile possideri.

*Adnotationes treis.*

*Prima. Cum deum deprecatur ut Alexandrum cõfirmet in uia cognoscendi se ipsum, illud præceptum innuere uidetur: quod a Pythio Apolline præcipitur, & publica fere præconis uoce promulgatur scilicet, Nosce te ipsum. Cuius sententiam si quis percipere desiderat, is Ioannis Ludouici uiuis sextum de causis corruptarum artium li-*

brum inquirat. Ioannis francisci pici secundũ de morte Christi & propria cogitandã, scrutetur. At etiã Aphrodisiensis Alexandri primum de anima perlegat. Nam sic eius desiderio abunde satisfiet.

secunda. Sacra philosophiæ præcepta nõ cuilibet promulganda, omnium philosophorum est consensus. Deitatem siquidem minuit ( ut Apponensis in suo Conciliatore, inquit ) Qui secreta mystica uulgat. Narrat nempe Macrobius quod Numenius inter philosophos occultorum curiosissimus indagator, cum Eleusina sacra interpretando uulgasset, uisus ẽ in somnijs Eleusinas Deas habitu meretricio ante apertum lupanar uidere prostrantes: admirantiq;, & causas non conuenientis numinibus turpitudinis consulenti, respondisse iratas, ab ipso se habitu pudicitiæ suæ ui abstractas, & passim adeuntibus prostitutas. Vnde talia præcepta q̃; obscurissime tradenda, illi curarũt. Hinc Alchimiæ professores miris obscuritatibus artis intima inuoluerunt, ut perbelle Bonus in sua Margarita declarat: Et Aristoteles auscultatorios libros æditos & non æditos scribit ad Alexãdrum. Hinc etiam Diuinus Plato ad Dyonisium inquit, per ænigmata de talibus esse dicendum. Quod noster auctor obseruans Alexandri obsequio coactus, ut secretorum secretum depromat, per ænigmata & figuras illud explicare uoluit.

Tertia Illud etiam hoc in loco non est prætereundũ, Quod & si philosophi agnoscentes non omnibus margaritas proijciendas in philosophiæ occultatione cõuenerũt, tamen (ut Simplicius inquit) in occultandi modo discreparunt: Antiquiores siquidem per ænygmata, figuras, exem

pla, & fabellas eam occultare consueuerunt, At Aristoteles noscens'q talia quisq; pro arbitrio aliter atq; aliter interpraetari posset, hunc occultandi modum est aspernatus: & alium qui in uerborum obscuritate atq; breuitate consistit, uelut tutiorē est prosequutus Quem cum hoc in libro auctor non obseruet, Sed potius priorem, mirum in modum urgere uidetur. Illud enim quod Macrobius aduersus Colotem epicureum inquit Platonē defendens, haud satis tutum esse uidetur. Quòd scilicet decet philosophum uti fabulis, quae potius sunt dicendae fabulosae narrationes, cum non solum gratia demulcendi, sed gratia doctrinae sint adductae: non in obscoenis locutionibus, Sed in honestis uerbis, utilibusq; sententijs sunt explicatae. Quoquidem in genere illae sunt quibus secreta huius libri sunt inuoluta Hoc dico haud satis tutum esse uidetur, primo quia Platonem forsan haud undequaq; tuetur in Symposio etenim adeo obscaenas fabulas expromit, quòd eis obsceniores uix sunt reperibiles: licet palleate dici posset tales ab his qui Platonis dogma non profitentur, ut Bessarion inquit, esse prolatas. Deīde Auerroes in calce paraphrasis super Rempub. Platonis, eam fabulam irridet, quam philosophum decere Macrobius affirmat. Adde q si hūc occultandi modum in se contendibilem non esse concederemus, titubanter eo hoc in libro Aristotelem usum, cum in alijs ab eo fuerit neglectus, affirmare cogeremur.

## De modis regum circa largitatem, & auaritiam

**REGES sunt quattuor: Rex largus sibi & largus subditis. Rex auarus sibi & auarus subditus. Rex auarus sibi:**

⁊ largus subditis Rex largus sibi ⁊ auarus subditis. Itali
ci vtriq; dixerunt: nõ est vitium in rege: si est auarus sibi ⁊
largus subditis. Indi vero dixerũt: rex auarus sibi ⁊ subdi
tis bonus est. Perses vero contrarium asserentes ⁊ contra
dicentes Indis ⁊ Italicis dixerunt nihil valet rex qui nõ
est largus sibi ⁊ subditis. Sed inter omnes meo iudicio
peior est ille ⁊ magis reprobandus qui est largus sibi ⁊ aua
rus subditis. quia regnum illius cito destruetur. Oportet
igitur nos itaq; subtiliter inquirere de istis uirtutibus: ⁊ ui
tijs: ⁊ ostendere quid sit largitas ⁊ quid auaritia ⁊ vbi error
largitatis est: ⁊ quod malum sequitur in abstinentia largita
tis. Palã siquidem est ꝙ qualitates reprobandę sunt: quan
do multum discrepant a medio: ⁊ scimus ꝙ obseruatio lar
gitatis difficilis est: ⁊ eius transgressio facilis: ⁊ cuilibet fa-
cile est auaritiam ac prodigalitatem exercere: ⁊ difficile est
tenere largitatem; si vis ergo virtutem largitatis acquirẽ-
re: cõsidera posse tuum: tempora. necessitates: ⁊ merita ho-
minum: debes igitur dona dare iuxta posse tuum cũ men-
sura hominibus indigentibus: atq; dignis: qui ergo dat ali
ter: peccat: ⁊ regulam largitatis trãscendit: q̃a qui largitur
bona sua non indigentibus: nullam acquirit laudẽ: ⁊ largi-
ens sine tempore suo: ipse est sicut spargens aquas salsas
super litus maris: ⁊ quicquid datur indignis perditur: ⁊ q̃
fundit vltra modum diuitias suas: veniet cito ad amara lit
tora paupertatis: ⁊ similatur illi: qui super se dat suis vi-
ctoriam inimicis. Qui ergo dat de bonis suis: tempore ne-
cessitatis: hominibus indigentibus: talis rex est largus sibi
⁊ subditis: eius regnum prosperatur: eius mandatum ob-
seruabitur: talem regem laudauerunt antiqui: talis dicitur
virtuosus: largus: ⁊ moderatus. Qui vero fundit bona sui
regni indignis: ⁊ non indigentibus: talis est depopulator rei
publicę: destructor regni: incõpetens regiminis. vnde prodi
gus appellatur: eo ꝙ procul a regno est sua prudentia. No-
men vero auaritię multum dedecet regem: ⁊ disconuenit
regię maiestati. Si igitur aliquis regum alterutrũ istorum

uitiorum habuerit vel auaritiam vel prodigalitates: si vult sibi consulere: debet cum summa diligentia prouidere virum fidelem: discretum: et electum de multis: cui debet cômittere res publicas dispensandas: et regni diuitias cõseruãdas.

Adnotatio.

*Regum in quatuor modos diuisio ad Pythagoram, in Ticinensi æditione refertur.*

## *De auaritia & prodigalitate utanda.*

O Alexander firmiter dico tibi. quisquis regum superflue continuat donationes: vltra q̃ suum regnum valeat sustinere: talis rex proculdubio destruitur: et destruit regnum suum. dico igitur iterum illud quod nunq̃ cessaui dicere clementię tuę q̄ declinatio prodigalitatis: et auaritię et acquisitio largitatis: est gloria regum: et perpetuitas regnorum et hoc fit quando rex abstinet se: et retrahit manum a bonis: et possessionibus subditorum: vnde inueni scriptum in pręceptis magni doctoris Hermogenis: q̄ summa et mera bonitas: claritas intellectus: et plenitudo legis: ac signũ perfectionis est in rege: abstinentia a pecuniis: et possessionibus subditorum. Quę fuit causa destructionis regni Chaldęorum: vnde quia superfluitas expensarũ superabat redditus ciuitatum: et sic deficientibus redditibus: et expensis: reges extenderunt manus suas ad res et redditus aliorum: subditi ergo pp iniuriam clamauerant ad deum excelsum gloriosum: qui immittens ventum ualidum afflixit eos vehementer: et insurrexit populus contra eos: et nomina eorũ penitus de terra deleuerunt. et nisi deus gloriosus subuenisset eis: et immisisset quod immisit: destructũ fuisset penitus illud regnum Scias itaq; q̄ diuitię sunt causa durationis animę animalis: et sunt pars ipsius: et non põt durare ipsum aial: si talis vita destruatur. Cauendum est itaq; nimis a superabundantia: et a superfluitate expensarum; vt igitur

temperantia ꝛ largitas acquiratur: stulta ꝛ superflua dona tio est euitanda. Et de substantia largitatis ꝛ virtutis est: dimittere ꝛ non inquirere de occultis secretorum: nec reducere ad memoriam rem donatam. ꝛ de genere bonorum est: ꝛ de substantia virtutum: remunerare meritos: ꝛ remittere iniuriam: honorandos honorari venerandos venerari: ꝛ subuenire supplicibus: supplere defectus innocentium: ꝛ salutantibus respondere: linguam reprimere: iniuriam ad tempus dissimulare: ꝛ stulti stulticiam fingere ignorare: docui ergo te quę semper solebam docere: ꝛ in tuo pectore seminare. Spero igitur fiduciam: ꝙ illud documentum erit in tuis vijs ꝛ operibus claritas semꝑ lucens: ꝛ sufficiens scientia ad tua regimina toto tempore vitę tuę. verumtamen dico tibi: sapientiam philosophicam abbreuiataꝫ ꝛ si nunꝙ̄ dixissem tibi aliud nisi sequens documentū. sufficere deberet in omnibus operibus tuis in hoc seculo: ꝛ in futuro.

## De intentione finali regum.

Scias itaqꝫ ꝙ intellectus est caput regiminis: salus animę: conseruator virtutum: speculum viciorum in ipso siquidem speculantur fugienda: per ipsum eligimus eligenda: ipse est origo virtutum: radix omnium bonorum laudabilium ꝛ honorabilium. Et primum instrumentum intellectus est desiderium bonę famę: quia qui vere desiderat bonam famam: famosus erit atqꝫ gloriosus: ꝛ qui ficte desiderat per infamiam cōfundetur. fama ergo est q̄d principaliter ꝛ per se appetitur in regimine. quia regimen non appetitur ꝑꝑ se. sed ꝑꝑ bonam famam. initium ergo sapientię ꝛ intellectus est desiderium bonę famę quę per regimen ꝛ dominium habetur siue acquiritur. Si alia de causa dominium vel regimen acquiritur vel desideratur: non erit famę acquisitio: sed inuidię: inuidia itaqꝫ generat mendatium: quod est radix reprobabilium: ꝛ materia viciorum: mendacium generat

rat detractionem:detractio aūt generat odium:odium generat iniuriam:iniuria generat pertinaciam: pertinacia generat iracundiam:iracundia generat repugnantiam: repugnantia generat inimicitiam:inimicitia generat bellum:bellum vero dissoluit leges ⁊ destruit ciuitates.⁊ hoc est contrarium naturę:⁊ quod est cōtrarium naturę destruit totū: stude igitur ad acquirendum desiderium bonę famę quoniā rō per desiderium bonę famę elicit veritatem: veritas est radix laudabilium ⁊ materia omnium bonorum: quia est contraria mendacio:⁊ generat desiderium iusticię: iusticia aūt generat confidentiam:cōfidentia largitatem: largitas familiaritatem:familiaritas amicitiam:amicitia vero generat consilium ⁊ iuuamen.⁊ per hoc siquidem orbis fuit constructus:⁊ leges hominibus constitutę:⁊ hoc rationi conuenit:⁊ naturę.patet ergo ꝙ desiderium regiminis propter bonam famam est durabile bonum ⁊ laudabile.

## De malis quæ sequuntur ex carnali appetitu.

O Alexander declina conatus bestialium voluptatū:quia corruptibiles sunt:carnales.n.appetitus inclinant animum ad corruptibiles iniquitates animę bestialis:nulla discretione prębabita: ⁊ inde corpus corruptibile lętat: ⁊ cōtristat incorruptibilis intellectus.Sciendū ē igitur ꝙ conatus bestialis voluptatis generat carnalē amorem.Carnalis amor generat auaritiā:auaritia gñat desideriū diuitiarū:diuitiarū desiderium generat inuerecūdiā:inuerecūdia vero pręsumptionem:pręsumptio infidelitatem:infidelitas latrocinium: latrocinium vituperationē: ex quib9 nascitur captiuitas quę ducit ad detrimentū legis:⁊ destructionē familiaritatis: ⁊ ad ruinam totius corporis ⁊ hoc est cōtrarium naturę.

## De Sapientia regis & religione.

Primo & principaliter cōuenit regi: quantum ad seipsū attinet: q fama sui nominis diuulgetur in laudabili sapientia. & q cum suis ratiocinetur sapienter: quia inde laudatur & honoratur: inde timetur ab hominibus: quando vident eū in sua sapientia eloquentem: & in operibus prudenter agentem. Porro de leui potest sciri: & per certa signa apprehendi: an in rege sapientia vel insipientia dominetur. quia quicunq rex supponit regnum suum diuinę legi dignus est regere aut honorari: & honorifice dominari. qui vero in seruitutem redigit diuinam legem: subijciens eam regno suo & imperio: transgressor est veritatis: & contemptor suę legis: qui vero contemnit suam legem ab hominibus contemnetur: quia condemnatus est in lege. Dico iterum illud: quod sapientes philosophi diuinitus loquentes dixerunt de regis religione. quod in primis deceat regiam maiestatem obtemperare legalibus institutis: non in ficta apparentia: sed in facti euidentia. vt cognoscant ipsum omnes timere deū excelsum: & esse subiectum diuinę potentię. Tunc enim solent homines revereri & timere regem: quando vidēt ipsū revereri & timere deum. si itaq tantum in apparentia se ostendat esse religiosum: & in operibus sit malefactor: cum difficile sit nepharia opere cęlari & apud populum ignorari a deo reprobabitur: & ab hominibus contemnetur: & infamabitur eius factum: & diminuetur eius imperium: diadema glorię suę carebit honore. Quid igitur plura dicam? nō est pretium: non est thesaurus qui possit redimere bonam famam: Insuper condecet regē legiferos honorare: religiosos venerari: sapientes sublimare: & conferre cum eis: ac mouere dubitabiles questiones: honeste interrogare: & discrete respondere: sapientiores & nobiliores magis honorare secundum q decet statum vniuscuiusq.

# De prudentia regis.

Oportet etiam regem futura et cogitare: et futuris casibus prudenter occurrere: vt possit aduersa leuius tollerare: decet etiam ipsum pietatem habere: iram et motum animi retinere: ne improuisa cõmotio progrediatur in actũ sine deliberatione: errorem suum rationabiliter recognoscere et sapienter reuocare: quia summa sapientia est in rege seipsum regere. Cum vero rex viderit aliquod bonum: vel vtile faciendum: faciat cum discretione: nec nimis tarde nec nimis cito: ne videatur remissus vel impetuosus.

# De ornamento regis.

Multũ conuenit regię dignitati honorifice indui: et semper cũ pulchro apparatu apparere: et excellere alios in decore. Uti ergo decet caris: pulchris: et extraneis indumẽtis. decet siquidẽ regem: quadam prerogatiua alios superare: vt per hoc dignitas decoretur: potentia nõ ledat: et debita reuerentia ei ibuatur. decet itaque regem facundũ affabilẽ esse et clarã vocẽ habere: quę multũ prodest tẽpore preliorum.

# De taciturnitate regis.

O Alexander quam speciosum et honorificũ est in rege: abstinere a multiloquio: nisi necessitas id exposcat: melius. n. est quod aures hominũ sint semper sitibũdę ad eius loquelam: quam suis affectibus saturẽtur. quia saturatis auribus: animi et saturantur: nec multum libenter vidẽt regem: decet et regẽ abstinere nec multũ frequentare consortiũ subditorũ: et maxime vilium personarum: quia nimia familiaritas hominum parit contẽptũ honoris. Et propter hoc pulchra consuetudo indorum in dispositione regni et ordinatione regis: quod statuerũt

ꝙ rex tantum semel in anno coram omnibus appereat cum regali apparatu ⁊ armato exercitu: sedēs nobilissime in dextrario suo: ornatu armorum pulcherrime decoratus. Et stare faciūt vulgus aliquātulū a remotis: nobiles vero: ⁊ barones circa ipsum: ⁊ tūc solet ardua negocia expedire: varios ⁊ preteritos rerū euētus declarare: curā ⁊ operā: quam circa rē publicā fideliter gesserat: ostendere: cōsueuit siquidē in illa die dona elargiri: ⁊ minus reos de carceribus emancipare: grauia onera releuare: ⁊ multa pia opa exercere: finito sermone: sedebit rex: ⁊ protinus assurget vnus de collateralibus principibus: qui sapientior ⁊ facundior oībus reputatur: ⁊ concionabitur ad regis honorē: ⁊ cōmendationem gratias referēs glorioso deo: qui ita bene ordinauit regnum indorum: ꝙ de tā sapiēti rege patriam decorauit: ⁊ ꝙ laudabilē indorū populū obedientē: ⁊ vnanimē cōfirmauit. Et post laudes diuturnas ⁊ comēdationes regales: vertet se ad laudes populi: cōmemorando bonos mores captādo beniuolētiam: inducēs eos exēplis: ⁊ rationibus ad humilitatē: obedientiā: reuerentiā: ⁊ dilectionē regis. quo facto: totus populus studebit regias laudes extollere. sua bona opera cōmendare: pro regia vita deū exorare: p ciuitates ⁊ familias: regis operā ⁊ sapientiā enarrare. Et pp hoc docent pueros suos ab infantia: ⁊ inducūt ad regis amorē honorē: obedientiā: ⁊ timorē: hoc modo igitur publicat ⁊ crescit fama regis in secreto: ⁊ apto. Cōsueuerunt ēt tali tempore malefactores: ⁊ sceleratos punire: ⁊ de hoc mūdo tollere: vt presumptioribus via nocēdi pcludat: ⁊ ceteri corrigant Solēt ēt tali tpe tributa alleuiare: cū mercatoribus dispēsare: partes eis de redditibus remictere: ipsos cū suis mercibus diligēter deffendere: ⁊ custodire. ⁊ hec ē causa quare multū populosa est india. illuc. n. cōcurrunt libenter vndiq mercatores: ⁊ bene recipiūtur: ⁊ lucrant diuites: ⁊ pauperes: ciues: ⁊ forenses. inde est ꝙ tributa regalia: ⁊ redditus augumētant. Cauendū est itaq ab iniuria ⁊ offensa mercatorū: ipsi siquidē sunt laudū latores: famā hominum

referentes p vniuerſum mũdũ. vniculꝗ ergo reddēdum ē quod ſuũ eſt. qꝛ ſic muniunt ciuitates: multiplicant redditus: ⁊ creſcit regis honoꝛ: ⁊ gloꝛia: ſic cõtremiſcũt ⁊ compeſcunt inimici ⁊ ſic viuit rex pacifice quiete ⁊ ſecure: ſic cõſequitur deſideria voluptatis.

## Quid debet homo appetere.

O Alexander noli appetere qđ eſt coꝛruptibile ⁊ trãſitoriũ: ⁊ qđ te opoꝛtet cito relinquere: pete diuitias incoꝛruptibiles: immutabilē vitã: regnũ ęternũ: durabilitatē glorioſaꝫ dirige ergo cogitationes tuas in bonũ. ſemp redde te venerabilē ⁊ glorioſuꝫ. vita vias leonũ ⁊ beſtiarũ in ſuis immũditijs. noli ēe crudelis: ⁊ inflexibilis ad parcēdũ his de qbus victoꝛiam habuiſti. Cogita de futuris: ⁊ accidētalibus caſibus. quia neſcis quid futura dies paritura ſit.

## De caſtitate.

Noli deſideris immitari in cõmeſſationibus potu: coitu: ⁊ diuturno ſõno. O clemēs imperatoꝛ noli te inclinare ad coitum mulierũ: qꝛ coitus eſt q̃dã ꝓꝛietas poꝛcoꝛũ. q̃ igit̃ gloria tibi erit: ſi exerceas vitium irrõnaliũ beſtiaꝝ: ⁊ actus brutoꝛũ? Crede mihi indubitanter: qꝛ coitus ē deſtructio coꝛpoꝛis: abꝛeuiatio vitę: coꝛruptio virtutum: legis trãſgreſſio: foemineos motus ⁊ moꝛes generat. ⁊ vltimo illud malum: qđ ꝑdiximus: inducit.

## De ſolatio muſicali.

Decet imperatoriã maieſtatē priuatos hr̃e fideles: cum qbus delectet cũ varijs inſtrumētis ⁊ generibus oꝛganoꝛũ: cũ fuerit otioſus. aĩa. n. humana naturaliter in talibus delectat: ſenſus regeſcit: ſollicitudo ⁊ curioſitas euaneſcit: to-

tū corpus vigoratur. Si tu igit volueris in talibus delectari: ad plus pseuera in tali vita tribus diebus: vel quattuor: sm quod tu videris expedire. et semper melius et honestius est: quod hoc fiat priuatim. Cū itaque fueris in ipso solatio: abstine te a potu: et permicte alios ad libitū epotare: et finge te calefactū a vino. quia tūc poteris multa secreta pcipere: et audire: et hoc nō fiat frequēter: sed bis: vel ter in anno. debes etiam circa te hre de tua familia spēales: qui tibi referāt ea que fiūt et dicunt p regnū tuū. Cū fueris inter bonos barones: honora sapientes: et quos tu videris merito honorādos. tene quemlibet in suo statu. inuita hodie vnū et cras aliuz: vesti hodie vnū et cras alium: sm quod decet gradum vnius cuiusque honora ipsum. Nullus sit de tuis nobilibus qui tuā nō sentiat largitatem. pateat oībus clementia maiestatis: et nobilitas animi liberalis.

## De nimio risu uitando:

Decet itaque regē inter cetera discretionē: et cōtinentiam hre: et a risu multū abstinere: quia frequēs risus tollit reuerētiam: et generat senectutē. Insup scire debes: quod magis tenetur hoīes in sua curia honorare: et in suo cōsistorio: quam alibi quia tūc sua interest quod si quis alicui facit iniuriā: puniendus est: sm qualitatē sue psone: vt alij timeāt: et discāt ab iniurijs abstinere. aliter. n. puniēdus est nobilis: et excelsus: et aliter popularis: et abiectus. bonū ē rigorē: et cōtinentiā obseruare vt sit inter regē et subditos distinctio personarū. Nā scriptū est in libro Esculapio: quod ille rex est laudabilis: et amandus: qui assimilat aquile dñanti inter aues: nō ille qui assimilat vni auiū subiectarū. Si quis ergo in curia vel in pñtia regie maiestatis psumat iniuriā pperrare vel offensam facere: cōsiderādū est quo animo id facit: an ludendo: vt tibi complaceat: et animos ad gaudia puocet: an in cōtēptū: et dedecorationē tue dignitatis: si primo modo leuiter corrigat. si secūdo modo morte moriatur.

O Alexander obedietia dñatoris quatuor attendit modis: in religiositate: in dilectione: incurialitate: & reuerentia. O Alexáder cõuerte ad te aíos subditorũ: tolle iniurias: & iniustitias ab eis. noli dare materiã hominibus obloquendi cõtra te. q2 vulgus qcqd põt dicere de te: deleut põt facere. Cõtine te igit ita: q nihil cõtra te possit dicere. & p hoc euitabis eorũ facere. Insup scias: q discretio maturitatis est gloria dignitatis: & reuerentia dñi: & exaltatio regis. Sũma qdem prudentia est vt tua reuerẽtia cohabitet in cordibus subditorum: magis q̃ dilectio. legit. n. q rex in regno est sicut pluuia i terra quę est cęli gra: dei benedictio: terrę vita: viuentiũ iuuamentũ. q2 p pluuiã preparat iter mercatoribus: auxiliũ ędificantibus: Attamen quãdoq3 in pluuiã sunt tonitrua: cadũt fulmina: torrẽtes intumescunt: fremũt maria: & multa mala eueniunt. p q̃ multa viuentia peleunt. verũtamẽ accidẽtalia mala nõ impediũt qn laudent hõies gloriosum deum in sua maiestate: cõsiderantes signa suę gręę: bona misericordię: eo q p pluuiã viuificant nascentia: vegetabilia pululant. & cunctis viuẽtibus infundit benedictio. Et ideo referũt homines laudes deo: & obliuiscũtur malorum preteritorũ q̃ sup eos euenerũt. Exemplũ regis cõuenit exẽplo ventorũ: quos deus excelsus emittit de thesauro suę misericordię: & p ipsos deducit nubes: crescũt segetes: & fructus arborũ maturant: resumũt vires spũs: aqua desiderata recipit: via nauigantibus aperit. & multa alia bona sequũt ex ventis. tñ impedimẽta & diuersa pericula inferunt: tam in terra: q̃ i aqua: dolores ad interiora inducũt: diuitias homi nũ in undis maris dissipant: & dispergũt: & p eos corruptiones aeris generant: venena mortifera nutriũt: & multa alia incõuenientia cõsequunt. Et cũ implorãt inferiores creaturę clemẽtiam creatoris vt tollat ab eis ista mala: ipse nihilo minus sustinet ventos deducere cursum suũ: & tenere ordiné quẽ statuit eis: q cũcta sapiẽtia sua aequali põdere: certo

ordine: destinauit & statuit seruis suis ea: vt seruiant: & hoc exiuit ex immēsa misericordia sua: inerrabili bonitate. hęc si qdem eadē parabola est in hyeme & ęstate: quarū frigora & calores summa puidentia & immutabiliter stabiliuit ad generationē: ppagationē: & durabilitates rerū naturaliū: tamen multa incōuenientia & mortalia pericula pueniunt ex frigore hyemis: & calore ęstatis. Sic ēt accidit in rege: multa siquidem solent ab ipso incōmoda puenire: q̄ suis subditis displicēt & moleste ferunt: tamen in eis maxima vtilitas imminebit.

## De misericordia Regis.

O Alexander indaga de inopia & necessitate miserabiliū & debilium personarū: subueni egentibus in sua indigentia de tua clementia: elige hominē scientē eorū linguā: eloquentem: & iusticiam amantem: qui vicē tuam supplere valeat. & eos misericorditer regere & amare. in hoc. n. est legis obseruātia hominū lęticia: & beneplacitū creatoris.

## De prudentia & eius utilitat

O Alexāder thesauriza tibi d̄ leguminibus & granis vtilibus ad vescendū: q̄ terrę tuę sufficiāt tpe famis & indigētię: vt cū venerit: sicut sol3 accidere: annus famis & indigentię: valeat tuis hominibus tua prudētia subuenire. & in tpe necessitatis succurrendū est ciuitatibus: & tūc debes aperire coellaria tua: publicare per regnū & ciuitates frumentu3 & grana thesaurizata. hęc erit magna cautela & maxima prudētia: munimen regni: salus populi: & custodia ciuitatū: tūc tuum penetrabit preceptū: tūc psperabit tuū scū3. ex tua puidētia: salus veniet vniuersis. tūc scient omnes q̄ oculi tui procul vident. Et propter hoc tuam apreciabantur clementiam: & cauebunt tuam offendere maiestatem.

De ma-

## De malis quae sequuntur ex homoicidio iniusto.

O Alexander frequenter monui te: et adhuc moneo: q tu meam custodias doctrinā: quā si seruaueris: tuū propositū consequeris: et regnū tuum durabile pmanebit. vide ne p te sanguis humani gnis fundat: qm hoc soli deo cōuenit: q nouit occulta cordiū: et secreta hominū: noli ergo assumere tibi diuinū officium: quia nō est tibi datū scire arcanū diuinū: Caue igitur quantū potes fundere sanguinē humanū: qz doctor egregius Hermogenes scripsit dicēs: q qn creatura interficit creaturā sibi similē: oēs virtutes coelorum clamant ad diuinam maiestatem dicentes: domine dne: seruus tuus uult esse similis tibi. Et si iniuste interficit eum: respondebit creator excellsus: permitte eū: qa interficiens interficietur: permitte mihi vindictā: et ego retribuā: et totiēs virtutes coelorum presentabunt in suis laudibus mortē interfecti: donec vindicta sumat de interficiente: q erit depereuntibus in poenis eternis. O Alexander in omnibus poenis hēs notitiam: multa gnā malorū didicisti experimento: reducas ad memoriā gesta patrum: annales paternos discute: inde poteris multa bōa exēpla extrahere: fcā.n.pterita dāt certa documēta de futuris. minores ne cōtennas: qz minor et vilis: sicut solet accidere: poterit cito ascendere ad honores et diuitias: et tūc erit validior et potētior ad nocēdū.

## De fide seruanda.

Caue ne infringas fidem datam et foedera confirmata: qm hoc conuenit infidelibus iuuenibus: et meretricibus. serua fidem promissam fideliter. qm oēm infidelem cōseqtur finis malus. et si in foederibus infringendis aliquod bonum eueniat: tamen ipsa spes est mala: exemplū reprobum: de genere malorū: scias itaq q per fidem fit hominū aggregatio: ciuitatū inhabitatiō: virorum cōio: regum dñatio: per

fidem castra tenentur:ciuitates seruant:reges dñantur: si quidem tollas fidem:cuncti homines ad statũ pristinum reuertuntur.s.ad instar brutorum:ꝛ similitudinem bestiarũ. Caue igitur fidelissime rex infringere fidem datam: serua firmiter iuramenta tua:ꝛ foedera: ꝛ si sint grauia. Nescis ꝙ teste Hermogene.duo sunt spũs qui te custodiunt: quorum vnus stat ad dextram:alius ad sinistrã custodientes ꝛ scientes opera tua:ꝛ referentes creatori tuo quicquid tu discernis faciendũ:ꝛ in veritate hoc solũ te debet ꝛ quemlibet retrahere ab omni ope inhonesto:qs te compellit tam frequenter iurare?non est hoc faciendũ nisi ex magna cã ꝛ necessitate.rex vero si non est multum rogatus ꝛ frequenter requisitus nõ debet iurare.nescis ꝙ non conuenit dignitati: ꝛ derogas honori quando iuras?subditorum ꝛ seruorum ẽ iurare.si qdem q̃ris que fuit causa destructionis regni hebraiorum ꝛ cytarũ:responderem tibi:qꝛ reges eox vtebatur iuramentis ad fraudem:ꝛ deceptionem hominũ:ꝛ proximarum ciuitatũ:frangentes foedera:quę fuerãt stabilia ad salutem humani generis:ꝛ vtilitatem.iniqui illi ꝛ infideles abutebãtur iuramentis ad subuersionem proximorũ:ꝛ ideo ęquitas iustissimi iudicis eos nõ valuit amplius sustinere.

## *De ordinatione imperij, & propriæ familiæ.*

O doctissime fili Alexander scire te volo:ꝙ in ordinatione imperij ꝛ regiminis sunt quędã documẽta specialissima ꝛ valde moralia pertinentia tibi q̃tum ad propriã familias ꝛ oẽm populũ regendũ.sed nõ hñt hic locũ:tñ tradam tibi in certo loco huius libri:ꝛ erunt documenta salutifera abreuiata ꝛ vtilia tibi valde:in quorum obseruantia prosperaberis domino concedente.Noli poenitere ꝑ reperta: qm̃ hoc est proprium debilium foeminarum:manifesta probitatem serua curialitatem:exerce bonitatem in hoc est defensio regni:ꝛ destructio inimici.

Adnotatio.

DVM præcipit, quòd pro re præterita pænicere nolit, uenenum porrigere uidetur, sic enim omnem peccatorum pœnitentiam auferri, quis suspicari posset: uerùm nõ sic absolutè autoris dictum intelligendum arbitror, sed Alexandro suadere uelle puto, quòd rei præteritæ, quæ in boni operatione fuit absoluta (sicut in constantes facere solent) pœnitere nolit. unde ueneno quod hinc bibi poterat inferius antidotum apposuit dicens, quòd de commissis ueniam petentes, implorãtes, & de reatibus pœnitentes possunt Diuinam clementiam exorare, ut ab eis auertat, id quod formidant.

## Quomodo Rex debet ordinare studia.

Præpara gymnasia: statue studia I ciuitatibus tui regni: permitte & pcipe tuis hominibus: vt suos doceant filios scientiam literarum: & faciãt eos studere in nobilibus & liberalibus scientijs: & tua ꝓuidentia debet eis in necessarijs subuenire: fac aliquã prerogatiuam bene studentibus & proficientibus: vt per hęc prępares alijs scholaribus exemplum & materiam vigilandi: exaudi petitiones eorum: epistolas eorum recipe: & attende: collauda collaudandos: & remunera remunerandos. in hoc excitabis litteratos ad tua pręconia extollenda: & ad gesta in scriptis perpetuanda. Iste modus est cõmendabilis: & ista prudentia comendãda: & in hoc honoratur imperium & decoratur totũ regnum: illuminatur curia: annales & gesta regalia memorię melius comendantur. Quid sublimauit regnum Grecorum: quid eorum gesta per totum mundum perpetualiter diffamauit: hoc certe diligentia studentium: & probitas sapientum: qui supra mo-

dum sclas dilexerunt: ꝛ ꝑ hoc talia meruerunt. Sane puellę in domo patris familias et magno studio sciebant cursum anni: festa futura: solēnitates mensium: cursus planetarum: causas abreuiatorias diei ꝛ noctis: reuolutiones pleiadis ꝛ bootes: circulum dierum: signa stellaꝝ iudicia futurorum: ꝛ alia quę pertinent ad artem superiorum.

## De custodia propriæ personæ à mulieribus.

O Alexander nequaꝙ̄ confidas in operibus ꝛ seruitiis mulierum: ne comittas te illis. ꝛ si necessitas exigit: illi te comittas quę fidelis ꝛ dilecta creditur esse tibi. qꝛ dū mulier tractat tuam personam: scias te esse quoddam depositū cōmissum apud eam. qꝛ in suis manibus est vita tua. Caue venena mortifera. non enim de nouo incipiunt homines venenari. Notum est quanta multitudo regum ꝛ dominorum anticipauit diem mortis ꝛ occubuit potionibus venenorū.

## Quòd non sit confidendum uni Medico.

O Alexander vni medico nō cōfidas: qm̄ vnus medicus potens est ad nocendum: ꝛ de facili audet nefas presumere: ꝛ scelus deducere ad effectum. si itaꝙ̄ fieri pōt ꝙ sint. x. non sint pauciores: sed fac eos in vnum cōuenire. ꝛ si sumenda fuerit medicina: noli sumere nisi de consilio plurimoꝝ. Et tunc rex inter eos debet habere vnum fidelem cognoscentes genera spēꝝ ꝛ qualitates: qui debet omnia quę necessaria sunt in compositione colligere: ꝛ de consilio medicoꝝ cum certo pondere: ꝛ mensura totū conficere sicut decet.

## De puella nutrita ueneno.

O Alexander recole facta reginę Indorum quando tibi in andauit causa amicitię multa exenia & dona venusta: inter quę missa fuit illa venustissima puella: quę ab infantia nutrita fuit & imbuta veneno serpentum: itaq; sua natura uersa erat in naturam serpentum. Et nisi illa hora sagaciter inspexissem in ipsam & arte magica iudicassem: ideo q̃ audacter horribiliter & incessanter & in uerecunde suum figebat uisum in facies hominum. perpendi siquidem q̃ interficeret homines solo morsu. quod experimento postea didicisti & probasti. & nisi hoc certissime ostēdissem: mors tua fuisset in ardore coitus consequuta. O Alexander serua tuā nobilissimam animam superiorem & angelicam. quia commendata est tibi: non vt dehonestetur: sed vt glorietur. & non sit de conditione & genere mundanorum sed de numero sapientum.

## *Adnotationes duæ.*

*HOC in loco uenenum in alimentum conuerti posse manifestissime autor concedit, quod, etiam ex Galeni sententia, secundus Picus in quinto Examinis christianæ ueritatis libro confirmat: Huius etiam opinionis est Auerroes in digressione super sexagesimum primi Physicorum, quæ temerè prius, tertio eorundem, uelut eius proœmium præferri solebat. Sed cum huius oppositum in 7. sui colliget idem scribat Auerroes, hinc patens disputandi campus medicis est partus: Hac aūt de re uide nonnulla apud Cardinalem Ponzetum in primo, De uenenis, ac Petrum Carrariū ĩ quæsito quo de uenenis ad tempus disceptat. Secūda. Cum puellæ naturam, in serpentum naturam cōuersam, per artem magicam cognouisse dicit, per magiā, ueneficam haudquaq; intelligere debemus, quæ experimē*

to uana, ab hominibus irrisa, & à lege damnata, cum ĩmundis spiritibus explicitè uel saltim implicitè cõmertiũ aliqued habet, autor siquidem ipse quomodo ad huius cognitionem peruenerit declarans inquit, ex puellæ intuendi modo hoc percepisse, quadere per magiam, scientiam ex naturalibus signis acquisitam par est intelligi. Magi.n. ut super secundum Mathei Magnus inquit Albertus grã maticè magni dicuntur: nec sunt Magi malefici, quia magus propriæ nomen magnus est, qui scientiam habens de omnibus, ex uenturis & effectibus naturarũ coniectans aliquãdo mirabilia naturæ præostendit, & educit, uel potius ut Picus inqt in Apologia, Magus persicũ ẽ nomen, iddem apud persas significans, quod apud nos sapiens, unde Malefici artis nefandũ scelus occulentes uenerandũ Magorũ nomen sibi tribuerunt, cum planè non magi sed mali dici mereantur. De hoc etiam, non nihil apud Marsilium Ficinum in apologia quam in librum de triplici uita confecit, scriptum inuenire potes.

## Quomodo Rex se debet regere per Astronomiam.

O Rex clementissime: si fieri potest nec surgas: nec sedeas: nec comedas: nec bibas: nec penitus aliquid facias sine consilio periti in astrorum arte. Scias pro certo ꝙ nihil facit Deus gloriosus vanum uel ociosum in natuus: sed omnia facta sunt probabili de causa ⁊ certissima ratione: ⁊ per istam viam ⁊ inquisitionem cognouit peritissimus doctor noster Plato naturam partium compositarum ex

con trarijs qualitatibus ꝛ coloribus in sua generatione: ꝑ comparationem ad res compositas: ꝛ per hoc habuit scientiam de ideis: ꝛ rebus formatis: ne adhibeas fidem insipientum dictis: qui dicunt scientiam planetarum ita difficilem esse: ꝙ nemo poterit ad ipsam peruenire. isti nesciunt quid dicunt: qꝛ apud ptātes intellectus nihil est difficile: ꝛ cuncta sunt scibilia ēt in via rōis. sunt ꝛ alij nō minus stulti q̄ dicūt deum cunta pꝛeuidisse: ꝛ ordinasse ab eterno: vnde dicunt: non prodest futura pꝛenoscere: et quo debēt necessario euenire. Quid igitur valet scia stellarū? Isti ergo similiter manifeste errant: dico igitur ꝙ ꝛ si q̄dam sunt necessario ventura: tamen si pꝛesciuntur: leuius tollerantur: prudentius declinantur. ꝛ sic quodāmodo euitantur. qꝛ eo ipso ꝙ futura sunt in nostra notitia ꝛ p̄uisa recipiuntur prouide: ꝛ discrete: transeunt sine molestia ꝛ maxima lesione. verbigfa quando hyems se preparat nimis frigida: hōines p̄parant hospitia calida: p̄uident indumenta: carbones: ꝛ ligna acquirūt: ꝛ sic se de alijs multis pꝛemuniunt. ꝛ ꝑ ꝑ hoc veniente hyeme a frigore non leduntur. hoc etiam faciunt in estiuo calore. ꝑ frigida. n. cibaria ꝛ rerum spēs euadunt feruorem estatis. Similiter aūt qñ p̄scire possumus annos famis ꝛ indigentie: per cōseruationem frumentoꝝ ꝛ prouidentiam rerum minus moleste ac leuiter sustinent tempus famis. Cōfert ergo multū ventura pꝛescire qꝛ melius declinantur. Et qꝛ possunt hōines qñ futura p̄noscunt destinatorem excelsum tantum p̄cibus implorare: ꝙ per suam potentiam futura ab eis auertet: ꝛ aliter ordinabit. nō enim pꝛedestinauit q̄d sue potentie in aliquo derogaret. possunt siquidē homines diuinam clementiam dp̄recari orationibus: precibus: ꝛ deuotionibus: ieiunijs: sacrificijs: elemosynis: ꝛ multis alijs bonis: de commissis veniam petere implorantes: ꝛ de reatibus poenitentes: ꝛ tunc est verisimile ꝙ deus omnipotens auertat ab eis quod trepidant ꝛ formidant. redeamus ergo ad pꝛedictum sermonem. Sciendū est igit̄ ꝙ astronomia diuiditur in duas partes vꝫ in ordinationem

coelorum & sphærarum in dispositione planetarum in diuisione signorum & eorum elongatione & de suis motibus & ista pars Astronomię vocatur scientia.
Secunda pars est de qualitate & de modo cognoscendi motum firmamenti: ortum signorum super rebus entibus antequam fiant sub firmamento lunę: & hęc secūda pars dicitur Astrologia siue scientia iudiciorum & dignior pars astronomie est scientia de tribus rebus vz de sphęris: planetis: & signis. Scias igitur quod stelle planetę sunt mille & xxix. de quibus tradam tibi ad plenum in quadam parte istius libri. Nunc vero tibi prius tradere volo medicinarum doctrinam & quędam alia secreta quę tibi sufficiunt in cōseruatione sanitatis: vt non indigeas aliquo medico. quia conseruatio sanitatis & salutis: melior & pretiosior est omni medicina. & valde sunt tibi necessaria ad regimen huiusmodi.

*Adnotationes quinque.*

*Prima. Nimis superstitiose tum hic tum alibi sepe hoc in libro astrologiæ fidem adhibendum esse, asserat, ne autem christianus homo à gentilis philosophi superstitione decipiatur, quomodo huic facultati à Christicola fides est adhibenda, inquiratur à D. Thoma qui peculiari opusculo hanc rem declarauit.*

*Secunda. En quòd opera pia causas esse quoquo modo ob quas à Deo aliquid boni impetremur (ut sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ ueritas determinat) ēt gentilis philosophus iam agnoscit, quod Luterizantes hæretici (quia obcecatum est cor eorum) intelligere nolunt.*

*Tertia præcibus Ieiunijs elemosynis ac alijs bonis operibus Deum flecti posse ne dum Ecclesia canit; sed etiā Ethnicus philosophus iam concedit. At si deus immutabilis est*

stis est quomodo præces exaudire, uisq; flecti dicere possumus? An id nobis accidit, quod & nautis euenire solet? qui funem trahentes quo nauis scopulo est alligata, uidentur scopulũ ad se trahere, cum in rei ueritate (illo immobili manente) ipsi cum tota naui ad illũ, accedant, quòd si scopulũ impetu percusserint, uidebitur quòd scopulus ab eis aufugiat, cum tamen ille non moueatur, sed ipsi ab eo elongentur, sic etiam & nos per orationem aliaq; opera bona, uelut per catenam auream (ut Dyonisius inquit) è cœlo ad terrã pedetem accedimus ad Deum, immobile ille manente, licet enim uideatur nobis quod hæc Deum trahãt ad nos, rei tamen ueritas est, ꝙ nos ducunt ad Deum. Quo etiã modo talia media ad Deum directa cũ legis conditionibus facta nostras petitiones ad effectum perducunt (Deo qui effectum illum per hæc media impetrandum disposuerat immobili permanẽte) licet immobilem Deum ad effectum illum concedendum ea uoluere nobis uideatur, quòd si uitia patramus per ea à purissimo Deo longiores simus, licet nobis uideatur ꝙ ille sit qui recedit à nobis: Hac autem de re quædam apud Mirandulanum Principem in tertio libro de Amore quem Italica lingua conscripsit, & apud Diuinum Iamblicum AEgiptiorum misteria declarantem legere licet, multò autem plura de hoc eodem facundissimus uir Nicolaus Leonicus in dialogo de Præcibus: & Simplicius Epicteti enchiridiõ exponens scripta reliquit:

Quarta uulgatũ est apud Astrologos discrimen inter Astronomiam, & Astrologiam, quòd scilicet illa siderum cursus, cœlorum motus, signorum elonga

*tiones & cætera huiusmodi declarat: per hanc uerò iudi candi facultas habetur, hoc autor in præsentiarum assi gnat: ceterum antiquiores, & præsertim ipse Arist: hoc non obseruant, unde cum primo post: inquit Aristot. (& Astrologia similiter) non immeritò Philoponus ait ꝙ Astrologiã Astronomiã dicit, & dũ secũdo Phy. dicitur (& insuper si Astrologia sit altera) idem Grãmaticus asserit Astrologiam uocat, quam proprie uocamus Astro nomiã, nã apud ueteres nomina confundebantur & ui cissim de seipsis ambo dicebantur.*

*Quinta fixos Planetas mille & uiginti nouem esse af firmat. At locus hic stimulũ emittit, nã si Planetæ omniũ consensu, quod & nomen indicat, à fixis sunt contradiui si, quomodo Planetæ fixi, aut fixæ stellæ Planetæ dici possunt? ob hoc coniectura est aut forsan omnino fallax ꝙ sic legi deberet, scias igitur ꝙ fixæ & Planetæ sunt.*

## *De conseruatione sanitatis.*

Sciendum est itaqꝫ ꝙ non est via ad aliquam rem faci endam aut acquirendam: nisi per potentiam: ⁊ non est po tentia nisi per sanitatem: ⁊ non est sanitas nisi per aequalita tem complexionum: ⁊ non est aequalitas complexionum ni si per temperantiam humorum: ⁊ deus gloriosus ordinauit modum ⁊ remedium ad temperantiam humorum ⁊ coser uationem sanitatis: ⁊ ad plurima acquirenda: ⁊ reuelauit ea philosophis: ⁊ sanctis prophetis: ⁊ quibusdaꝫ alijs quos preelegit ⁊ illustrauit spiritu diuine sapientie ⁊ dotauit eos donis scientie. ⁊ ab istis sequaces philosophie principium ⁊ originem habuerũt Indi: ⁊ Latini: perses: ⁊ Greci ab istis exauserunt: ⁊ scripserunt artium principia ⁊ secreta: quia in scripturis eorum nihil fatuum: nihil reprobum inuenitur:

sed a sapientibus approbatur. qui enim sibi ipsi causa perditionis est: multo leuius causam pditionis preparabit aliis. quia illud eligimus quod amamus: & illud querimus quod intendimus. Scire tamen debes: q gloriosus deus inter ceteros prophetas magis grecos illuminauit ad scientias acquirendas: & rerum naturalium genera cognoscenda. de hoc autem alibi tibi fidem fecimus: vnde secundum ipsos proposuimus procedere in hoc libro domino concedente.

## De compositione hominis.

Conueniunt itaque sapientes & philosophi naturales: q homo est compositus ex oppositis elementis: & ex quatuor contrariis humoribus: qui semper indigent alimentis & potibus: quibus si caret homo corrumpitur eius substantia: & si his superflue vtatur: vel diminute incurrit debilitatem & infirmitatē & alia inconuenientia multa. Si vero vtitur temperate: inueniet iuuamen vite corporis fortitudinem: & totius sue substantie salutem. Conuenerunt ergo vnanimiter q qui transgreditur debitum modum in pleno & vacuo: somno & vigilia: motu & quiete in dissolutione & retentione ventris: in subtractione sanguinis: non poterit euadere furorem egretudinis: & molestias infirmitatum: de qbus omnibus determinaturus sum sub congrua breuitate tradendo doctrinam certissimam de generibus egritudinum: & de remediis earundem. Conueniunt itaque vniuersi q qui cauet sibi a superfluitate & indigentia conseruando aequalitatem & temperantiam ille percipiet sanitatem salutiferam & longitudinem dierum. Ego siquidem non inueni aliquem philosophorum discrepantem ab hac sententia: vz q omnia delectabilia huius mundi: siue delitie: siue honores: siue voluptates: vniuersa sunt propter durabililatem. qui igitur appetit viuere: aut durare: studeat acquirere que durabilitati conueniunt & vitam conseruent. & renunciet desiderio ppriis

voluntatis. nec comestionem comestionibus superaddat.
Audiui de Hippocrate ꝙ seruabat dietas: pro quibus de-
bilitatem corporis sustinebat: cui dixit suus discipulus. do-
ctor egregie si velles bene comedere non sustineres tantam
corporis debilitatem. Respondens vero Hippocrates dixit
fili ego comedo: vt viuam: nō viuo: vt comedam. Alimentū
enim propter durabilitatem querendum est: non durabili-
tas propter alimentum. Sane multos noui qui diminuerūt
de alimento ⁊ comestione abstinētes a suis appetitibus: ⁊
parcentes gule ⁊ viuentes temperate per dietas: qui fuerūt
ꝑ hoc sanissimi corporis: longioris vite: boni appetitus ⁊
⁊ leuioris motus: ⁊ melioris operationis. ⁊ hoc manifestum
est in Arabibus: ⁊ sepe euntibus ꝑ deserta ⁊ itinera longa.
hoc est ergo magnum argumentum. ꝙ abstinere a nimia
comestione ⁊ superfluitatem purgare: est summa sanitas.
O Alexāder in medicina cōtinētur certissima ⁊ verissima do-
cumēta: qꝛ conseruātia sanitatis in duobus principaliter cō-
sistit. primum est: ꝙ homo vtatur cibis congruentibus sue
etati: ⁊ tpi in quo est: ⁊ consuetudini sue nature: 2m vt vta-
tur cibis ⁊ potibus quibus nutriri consueuit: ⁊ suam substā-
tiam confirmabit. secundum: ꝙ purget se ab eo qđ generat
ex superfluitate: ⁊ corruptis humoribus. Sciendum est igi-
tur ꝙ corpora hominum q̄ sunt receptacula cibi ⁊ potus di-
minuuntur ⁊ resoluuntur tam ipsa corpora recipientia q̄
ipsa alimenta recepta. resoluuntur itaq̄ in primis per calo-
rem naturalem: qui desiccat humiditatem corporis ⁊ nutri-
tur ac pascitur eadem humiditate. Resoluuntur secundo
per calorem solis ⁊ venti qui desiccat humiditatem omnium
corporum ⁊ pascuntur humiditate tam corporum q̄ flumi-
num. Quando ergo corpus est calidum vaporabile: Valēt
sibi grossa cibaria. qm̄ id qđ dissoluitur ⁊ emittitur de tali
corpore erit multe q̄ntitatis ⁊ grosse propter nimium calo-
rem ⁊ vaporem corporis. Quando vero corpus est depres-
sum ⁊ siccum: valent sibi subtilia ⁊ humida cibaria. Quādo
quidem illud quod dissoluitur de tali corpore est parue quā-

ritatis propter suos strictos meatus: certum itaq; est documentum ad seruandam sanitatem: q hō vtatur cibis cōuenientibus suę cōplexioni in sanitate: verbigratia. Siquis est calidę naturę: conueniunt sibi calida cibaria temperata: si vero frigidę: suę cōplexioni cōueniunt frigida tpata. Idē penitus dico in humido & sicco corpore. si ergo calor augumentetur & inflammetur nimia inflamatione aut pp calida cibaria & fortia: aut propter calorem extraneum dominantē & vincentem. tunc opposita & contraria iuuant .f. frigida. Cum fuerit stomachus calidus fortis & bonus: tali stomacho meliora sunt fortia cibaria & grossa: q2 talis stomachus est velut ignis validus potens cōburrere multa grossa ligna. Quando vero stomachus est frigidus debilis tali meliora sunt subtilia & leuia; q2 talis cōperatur igni comburēti cānas & subtilia ligna.

Adnotatio.

*Illā sententiā, comedo ut uiuā, non uiuo ut comedā: ad Hippocratem autor refert: at Laertius in secundo à Socrate dictam affirmat.*

## De signis boni & mali stomachi.

Signa boni stomachi sunt hęc: leuitas corporis: Claritas intellectus: motus appetitus. Signa vero mali stomachi & debilis digestionis sunt hęc: grauitas corporis: molities: pigrities: inflatio faciei: oris frequens aptio: grauitas oculorum: turpis & mala eructatio: quādo .f. eructat acidum insipidum aut amarum aut aquosum aut fetidum: & propter hoc generantur ventositates & inflammationes in ventre & diminuitur appetitus. Cum res est in maiori quātitate ꝯueniunt tunc excreationes & extensiones extremitatum: reflexiones membrorum: tremores corporis: apertio

nes oris ⁊ alia quędam mala quę omnino cõtraria sunt sani tati: destructibilia corporis. corruptibilia naturę. Debes er go rex clementissime te ipsum diligenter custodire ⁊ ab in conuenientibus supradictis.

## De regimine sanitatis.

Cum corpus corruptibile sit eiꝗ accidit corruptio ex op positione complexionum ⁊ humorum: quę sunt in eodem. vi sum est mihi in presenti opere tibi scribere quędam vtilia: ⁊ quę omnino sunt necessaria ex secretis artis medicinę quibus contentus sis: ⁊ maxime cum sit inhonestus vt appareat medico cunctę regis infirmitates. Si autem hoc exemplari ter inspexeris ⁊ iuxta hunc ordinem preciosissimum fueris conseruatus: medico non indigebis exceptis his accidenti bus bellicis: ⁊ cęteris quę omnino vitari non possunt.

## Quid post somnum sit faciendum:

Oportet o Alexander cum a somno surrexeris modicum de ambulare: ⁊ tua membra ęqualiter extendere: etiam caput tuum pectinare. quia membrorum extensio corpus corroborat: ⁊ pectinatio capitis vapores ad ipsum ascendẽtes tempore dormitionis a stomaco educit. In ęstate lauare cũ aqua frigida: quia stringit ⁊ retinet calorem capitis. ⁊ hoc erit quędam excitatio desiderij comedendi: deinde indue te vestimentis optimis: ⁊ orna te pulcherrimo ornamẽto: quia animus tuus naturaliter delectabitur in huiusmodi conspe ctu ⁊ pulchritudine: ⁊ virtus splendidę vitę confortabitur ⁊ delectabitur inde nimis. deinde fricabis dentes ⁊ gingiuas cum corticibus arboris calidę ⁊ siccę amari saporis. hoc si quidem multum iuuat: dentes enim mundificat ⁊ oris vitiũ liquefacit. ⁊ disertat linguam clarificat loquutionem insu

per excitat desiderium comedendi. deinde suffumigabis te suffumigationibus convenientibus tempori. hoc enim valde proficit aperit enim clausuras cerebri: et grossiora reddit colla et brachia et pinguescere facit: clarificat facie͂ atq; vultum: et tardam facit canitiem: corroborat sensus: post hoc autem vtaris preciosissimis unguentis atq; odoriferis: tempori tamen congruentibus in quo fueris. quia in omni odoratu reficitur anima: et omnis odor est ei suauissimus cibus et cum refecta fuerit anima et firmata que delectata est: corpus corroborabitur cor gaudebit sanguis in uenis incipiet currere ex letitia anime. Post hoc accipies alatros .i. ex electuario ligni aloes. quod in libris medicorum inuenitur: et tunc ex road .i. ex reubarbaro pondus quatuor denariorum; quia hoc valde proficit. subtrahit enim flegma ab ore stomachi: excitat calorem corporis: fugat ventositatem: et bonum reddit saporem. deinde cum nobilibus sede: et cum sapientibus loquere: secundum consuetudinem age quod decet agere. Cumq; voluntas fuerit comedendi: iuxta horam consuetudinis vtere labore corporis modico scilicet vel equitando: vel deambulando: vel aliquid aliud faciendo. quia hoc corpori multum iuuat: fugat enim ventositates: corpus aptat corroborat atq; alleuiat: et calorem stomacho incendit: constringit compages: et liquefacit superfluos humores residuos: et flegma descendere facit a stomacho cibum incensum .i. calidum nimis et desiccatum. Si ponantur cibi multi ante te comede ex illis: quos ellegeris iuxta desiderium tuum: cum pane equaliter leuato qui erit perfecte fermentatus et prepone ex eis quos preponere debes verbigratia. si sumpserit homo in prandio pulmentum molle et moliens ventrem et aliquod retinens sequutu͂ fuerit. Si prius molle precesserit leuius facit digestionem: si uero retinens ante comederet et postea molle utrunq; male digerit. Similiter si homo sumpserit plura pulmenta mollia que cito digeri possunt oportet ut aliquid precedat retinens in fundo stomachi; quia profunditas stomachi calidior est ac fortior ad mol

ftendum̄ eo quia in ea parte sunt partes carnosę: ⁊ est uicina epati: cu ... a caloꝛe cibi decoquuntur. Et in comestione debes regere manum.i.cessare a comestione dum adhuc uoluntas seu desiderium fuerit comedendi: quia ex superfluitate cibi angustiatur stomachus: grauatur coꝛpus: leditur animus ⁊ cibus remanet in fundo stomachi ponderosus ⁊ nociuus. Similiter a potatione aquę animum tuum retine super cibum: donec in consuetudinem tibi veniat. quia potatio aquę frigidę super cibum stomachuꝫ refrigerat: ⁊ extinguit caloꝛem digestionis: ⁊ cibum confundit: ⁊ impedimentum generat. si multum bibitur. quo nihil erit deterius coꝛpori. Si uero necesse fuerit vt aqua sumatur: uel pꝛopter caloꝛem tempoꝛis: vel pꝛopter caloꝛē stomachi: vel pꝛopter caloꝛes ciboꝛum: sit modica ⁊ bene frigida: cumq; refectus fueris: incede super stramenta mollia: deinde temperate doꝛmi ⁊ requiesce una hoꝛa super latus dextrum: deinde ad sinistrum reuertere. ⁊ super illud doꝛmitionem perfice quia latus sinistrum frigidum est. ideo indiget calefactione. Si ergo sentis grauedinem in stomacho: ⁊ in ventre toꝛsiones. tunc medicina est: ponere super ventrem camisiam calidaꝫ ponderosam aut amplecti puellā calidam ⁊ speciosam. Si vero eructationem sentis acerbam: signum est frigiditatis stomachi. huius rei est medicina: bibere aquam calidaꝫ cum syrupo acetoso ⁊ vomere. quia incarceratio cibi coꝛrupti in ventre est ualida coꝛpoꝛis destructio. Et motus ante pꝛandium caloꝛem stomachi excitat. sed post pꝛandium diu nociuus est. quia tunc descendit cibus indecoctus in inferiores partes stomachi: ⁊ ex inde generantur inclusiones ⁊ alia mala.

*Adnotatio.*

*Prius una hora super latus dextrum requiescendum, deinde super sinixtrum, ibique dormitionem perficiendā hoc in loco iubet. At sententia hæc non est adeo clara, ut uidetur;*

uidetur Cōsiliator siquidem differentia centesima uigesima tertia, ex intento hanc materiam examinando, Autoris opinionem diminutam esse dicere uidetur.

## De efficatia diuersæ dormitionis.

Scito ꝙ dormitio ante prandium macilentuꝫ reddit corpus: ⁊ desiccat humiditatem eius. post refectionem autem corpus implet corroborat atqꝫ nutrit: quia dum dormit homo: quiescit corpus: ⁊ tunc trahitur caliditas naturalis: quę diffusa fuerat per totum corpus ad interiora stomachi tunc corroboratur stomachus super decoctione cibi: tunc quęrit uirtus naturalis suam quietem. ⁊ propter hoc dixerunt quidam philosophi: ꝙ magis proficit uespertina comestio quam meridiana: quia meridiana comestio recipit calorem diei. quoniam sensus operātur: ⁊ animus uexatur: propter ea quę audit homo: ⁊ ratiocinatur: ⁊ propter cogitationem: ⁊ propter multa incommoda: quę corpus circūueniunt ex calore ⁊ motu: ⁊ propter hoc in hora meridiana diffunditur caliditas naturalis per exteriora corporis: ⁊ ideo tunc multum debilitatur stomachum ⁊ fit impotens ad decoquendum cibum. ueruntamen in cęna uespertina fit totum contrarium. quia tunc accidit corpori tranquillitas laboris ⁊ cordi. ⁊ tunc est requies sensibus: ⁊ animę. ⁊ inest noctis frigiditas: quę ducunt calorem naturalem ad interiora stomachi. Item ignorare non debes ꝙ qui consueuit comedere bis in die: si continuat ad unam: certum eueniet sibi nocumentum. sicut euenit illi qui consueuit comedere semel in die: ⁊ incipit bis comedere. quia eius stomachus nequit cibum digerere ⁊ indigestum remanet nutrimentum. ⁊ qui consueuit certa hora comedere: ⁊ transfert suam comestionem in aliam horam: cito percipiet ꝙ suę naturę non proficit: sed multū officit. quia consuetudo est altera natu-

ta. si igitur aliqua necessitas: que legem non habet: compel lit ad hoc quod cõsuetudo renuit: debet hoc fieri discrete & sapienter scilicet ut fiat mutatio consuetudinis paulatim vna vice post aliam & sic tunc cum Dei auxilio bene fiet. & caue ne iterum comedas donec cognoueris stomachum totum esse vacuum & purgatum primo cibo: & hoc cognosces per desiderium. i. cum voluntatem comedendi habere ceperis: & per subtilitatem saliue ad os decurrentis. quia si quis cibum susceperit absq; corporis necessitate. i. comedendi voluntate: inueniet calorem naturalem valde gelidum. Si vero cum desiderauit: susceperit: tunc inueniet calorẽ sicut ignẽ accensum. & cum ceperis habere desiderium comedendi: debes statim comedere: quia nisi statim comedatur stomachus implebitur humoribus pessimis quos contrahit ad se de superfluitatibus corporis qui conturbabunt cerebrum vapore pessimo. & cum post affuerit cibus fit tepidus & non proficit corpori.

## De quatuor anni temporibus. De uere.

De intentione nostra in hoc libro est breuiter determinare: de quattuor temporibus anni: de qualitate & proprietate vniuscuiusq; temporis: & de variatione eorundem. Quattuor sunt anni tempora: que sic distinguuntur. Uer tunc incipit quando sol ingreditur signum arietis. tunc enim est initium veris: & durat per nonaginta duos dies & horam vnam cum dimidia: & hoc a decima die exeunte marcio: vsq; ad decimã diem iunij. in hoc tempore dies & nox adequãtur. in suis regionibus dulcescit tempus: mitescit aer: sufflant venti: dissoluuntur niues: currunt torrentes inter montes: scaturiunt fontes: extolluntur humiditates ad sumitates arborum: & capita ramorum: semina surgũt: crescunt segetes: virent prata: pullulescũt & decorantur flores: induuntur nouis folijs arborea: ornatur terra graminibus: generantur

animalia: parantur pascua: cuncta resumunt uires suas: resonant philomene: tellus recipit ornamentum integre et pulchritudinem suam: et fit sicut sponsa pulcherrima speciosa ornata uariis coloribus: ut appareat hominibus in festo nuptiarum. Uer est calidum et humidum et temperatum: aeri simile est et excitatur in eo sanguis: et diffunditur per vniuersa membra corporis: et proficit in eo quod est equalis complexionis. i. temperatum: et talia in eo comedantur: ut sunt pulli gallinarum: et oua non superflua scilicet usque ad vi. et recentia: et lactuce agrestes: quas rustici scariola vocant et lac caprinum: nullum enim tempus est ad minutionem sanguinis melius: et proficit in eo vsus et motus corporis: solutio uentris vsus balnei: et sudoris: et specierum potiones ad digerendum: scilicet purgatoria accipienda sunt: quicquid vero per digestionem per purgationem vel munitionem vel fluxum corporis acciderit: hoc tempus sua humiditate restaurat.

## De estate.

Aestas tunc incipit cum sol ingreditur primum punctus cancri et continet nonaginta duos dies et horam cum dimidia: et hoc est a decima die iunij vsque ad decimam diem septembris in hoc tempore elongantur dies: et abbreuiantur noctes: in omnibus regionibus crescunt calores: inflammantur venti: tranquillitas est in mari: serenitas in aere: desiccantur segetes: nascuntur serpentes: funduntur venena: corroborantur corporum virtutes et fit mundus quasi sposa corpore plena etate perfecta: calore inflammata: estiuum tempus calidum est et siccum: in quo excitatur colera rubea. et oportet hoc tempore ab eo caueri: quod fuerit valde calide et sicce nature vel complexionis. excitat enim coleram rubeam. ab esu quoque et potatione nimia abstinendum est in estate: ne calor naturalis extinguatur. Comedas in eo quic

quid frigidę ꝛ humidę complexionis fuerit: vt carnes vituline cum aceto: ꝛ cucurbita: ꝛ pulli saginati: pulmentū quoque ex farina ordei: ꝛ fructus acri sapozis: ꝛ mala acida: ꝛ venus parce petatur. ab omni minutione abstineas: nisi necesse fuerit organis corporeis motus sui corporis, balnea habeantur parce.

## De autumno.

Autumnus tunc incipit: quando sol intrat primum gradum libre: ꝛ continet nonaginta vnam diem ꝛ horam cum dimidia: hoc est a decima septēbris vsq; ad decimam decembris: in hoc tempore adequantur dies ꝛ noctes secunda vice: hoc tempore etiam nox crescit ꝛ tollit de die: aer frigescit: venti inflantur septentrionales: mutantur tempora: decrescunt flumina: diminuūtur fontes: marcescunt viridaria: deficiunt fructus: facies terrę sua caret pulchritudine: volatilia quęrunt calidas regiones: animalia suas appetunt cauernas: serpentia foueas: vbi colligunt victum per hyemem. ꝛ mundus compatur foeminę plenę ętatis: indigenti vestibus: quasi vt recesserit ab ea iuuentus: ꝛ festinet senectus. Autunnus est tempus frigidum ꝛ siccum: in quo colera nigra consurgit: opoꝛtet vt in eo tempore sumātur calida ꝛ humida: vt sunt pulli: ꝛ agni: vinum vetus: vuę dulces: abstineas ab omnibus coleram nigram generantibus: motus corporis ꝛ vsus veneris magisq; in ętate nocet: balnea quoq; ꝛ purgatoria si necesse fuerit fiant in hoc tempore: si homo indiget vomitu fiat i meridie: ꝛ in calidiori hora diei. q. in talibus horis superfluitates generantur in homine: purgatio ventris debet fieri in hoc tempore per astraton ꝛ agaton: ꝛ per omnia: quę trahunt nigram colerā ꝛ reprimunt humores.

## De hyeme.

Hyems tunc incipit qñ sol intrat primum signum Capricorni: ꝛ continet dies nonaginta. ꝛ horam cum dimidia: a decima decembris vsq; ad decimam martij in hoc tempore dies abbreuiantur: ꝛ noctes elongantur: conualescunt frigora: exasperantur venti: cadunt ar borum folia: moriuntur ꝑ maiori parte virentia: ꝛ indurantur quasi lapis: ꝛ maior pars animalium absconduntur in ventre terre: ꝛ in cauernis montium: ꝛ pre nimio frigore ꝛ humiditate obscuratur aer: denigrescit tempus: contremiscunt pecora ꝛ iumenta: debilitantur corporum virtutes: ꝛ est mundus quasi vetula languida: aetate decrepita: indumento nuda: morti propinqua. Hyems est frigida ꝛ humida: in qua conuersationem oportet flecti. i. redire ad medicinas calidas: ꝛ ad cibos calidos: vt sunt pulli: galline: ꝛ arietine carnes anseres ꝛ assature ꝛ vniuersa pigmenta calida. ficus quoq; ꝛ nuces ꝛ vinum rubeum optimum: ꝛ sumantur electuaria calida: abstineatur etiã a solutione ventris: ꝛ minutione sanguinis: neq; ventris neque cibi habundantia vtaris: ne digestio debilitetur: vnge corpus tuum vnguentis calidis: ꝛ vtere balneis: nimius potus ꝛ venus non nocent hoc tempore: nec nimia comestio. qr hoc tempore pre nimio frigore calor naturalis colligitur: ꝛ ingreditur in interiora corporis: ideo melior est digestio in hyeme. in vere aũt ꝛ estate venter est frigidus: qr his temporibus pori aperiuntur ꝑꝑ calorem: ꝛ diffunditur calor naturalis per omnes partes corporis: ꝛ propter paucitatem caloris stomachi digestio impeditur ꝛ humores commouentur. Scias igitur hec: ꝛ dñs te conseruet: vale Alexander: hanc dietam preciosam tibi prestiram custodi naturalem calorem conseruando: qr q̃ diu calor temperatus in homine perseuerat: sanitas longis temporibus custoditur: nam duobus modis inueteratur homo ac deficit: vno. s. naturali: qui debito nature fit. s. ex senectute: que vincit in corpore: destruitq; naturam: aut accidentali. s. ex infirmitatibus ꝛ alijs pessimis causis.

## De his que impinguant corpus.

Hec impinguant corpus et humectant: quies et saturitas esus ciborum dulcium ac diversorum: et potatio lactis dulcis et calidi et vini dulcis: et dormitio post comestionem sup stramenta mollia odoriferis refecta: locis ac temporibus convenientibus: et ingressus balneorum dulcium aquarum et ibi sessio modica: ne diuturnitate balnei: corpus debilitet: odorem sentire odoriferum: vel quicquid odoris fuerit boni: unumquodque in tempore cōgruo: ut in hyme alchitimū quod est cuiusdam floris spēs: et calide nature. rose quidem et viole et quicquid fuerit frigidum in aestate: et exerceatur vomitus saltem semel in unoquoque mense: et maxime in esta te. vomitus. n. lavat corpus: et stomachum purgat ab humoribus pessimis et putridis: et si fuerint humores pauci in stomacho: confortabitur calor ad digerendum: corpus implebitur humiditate et piguedine et multo utilius erit: si cū hac dispositione contingat hre gaudium: leticiam: et rationem: et gloriā: et honorem: et victoriā de inimicis: spem atque fiduciam in plebe sua: et i lusionibus delectari: et facies pulchras aspicere: et libros delectabiles audire: vestimentis optimis et varietate tinctis induere: et unguētis ungi tēporibus cōgruis.

## De his que macrant corpus

Econverso hec macrant corpus: et debilitant: et desiccāt: modicum comedere et bibere: multum laborare: frequēter ad solem ire: extra mensuram deambulare: dormire ante prandium super stramenta dura: mentem sollicitare: metuere: balnea sulfuree aque intrare: comedere salsos cibos: vinum vetus multum potare: multum quoque egerere: et sanguinem minuere: et minuendo mensuram excedere: et cogitationes pessimas et tristicias hre. Regula Hyppocrat.

est: si quis repletus vel constipatus balneum intrabit: illi dolorem vel intestinorum certissime incurrere pōt. si quis coiuerit ventre repleto: paralisim incurret. nec post cibū cō currat vel equitet nimium. Qui simul lac & pisces sepe comedunt: lepram incurrunt. vinum & lac similia operātur.

*Adnotatio.*

*Macrefacientia corpus quæ hoc in capite declarantur, & ea quæ pinguefaciunt illud idem, in præcedenti capitulo explicata, paulò inferius, etiam dicatis capitibus, superfluè replicata inueniuntur.*

## De diuisione corporis. De capite.

Corpus diuiditur in quatuor partes: prima est caput. Quando ergo in eo congregantur superfluitates poteris scire per hec signa q̄ sunt: tenebrositas oculorum: grauitas superciliorum: repercussiones temporum: tremitus auriū: inclusio narium. Siquis igitur sentit hoc sibi accidere: accipiat herbam perforatam: & decoquat ipsam in vino dulci & cū radicibus pulegii vt diminuatur medietas: & teneat ipsam in ore quolꝫ mane: donec sentiat sibi prodesse: & vtatur in cibo suo grano sinapis: d̄ quo coquas pōdus vnius dragme cum puluere confecto re. xij: vnguentis & hoc in dormitiones sua. Si vero omittit hoc & negligat: timere pōt periculosas infirmitates: vꝫ corruptiones visus: dolorem cerebri: & multas alias egritudines: a quibus dominus te custodiat omni tempore.

## De pectore.

Pectus est secunda pars corporis: si itaqꝫ superfluita-

tes in eo congregantur: hęc signa sequūtur: lingua fit ponderosa: os salsum: in orificio cibum acerbum sentit: ac dolorem tussis: oportet igitur dimittere de comestione: & vti vomitu: & post vomitum sumere zuchar um rosarum cum ligno aloes & masticare. & post comestionem sumere ad magnitudinem vnius nucis de electuario enison. quod est confectum ex ligno aloes & causergam. Qui quidem hoc non fecerit: de leui poterit incurrere dolorem lateris aut renū aut multas alias ęgritudines. Et potatio decoctionis ysopi est mirabilis: & hoc ieiuno stomacho.

## De oculis.

Oculi sunt tertia pars corporis. oportet aūt ipsum qui laborat in conseruando sanitatem occulorum: vt tueatur eos a puluere: & fumo a rebus egredientibus ab aequalitate. s. in caliditate frigiditate: & a ventis malis; non assidue intueri rem vnam a qua non auertatur: nec inspiciat multum res instabiles: & vitet multitudinem fletus: & multitudinem coitus: & nimiam multitudinem repletionis potus & cibi: & pręcipue potuum & ciborum vaporem grossum ad caput emittentium: sicut porrorum: caulium: ceruisię: fabarum: & huiusmodi. nec dormiat super repletionem. Res aūt que conferunt oculis sunt spēs. s. echię: & aquę siue succus feniculi: verbenę: rosę: celidonieę: rutę: submersio oculorum in aqua clara: & aperiri oculos in ea: & trasspicere eā. Signa causarum dispositionis oculis conuenientis cognoscuntur ex. 9. canonibus. Ex tactu: ex venis eius ex figura ex operationibus proprijs: colore: q̄titate: ab eius passionibus: quę ab eo exeunt: & a rebus exterioribus occurrentibus s̄m calidum & frigidum ex venis quidem si sint apparibiles: & plenę humoribus certitudinis & egritudinis est causa quę cognoscitur per calorem & per dolorem: vt si infirmius sanguinem pungitiuum colericum extensiuum flegmaticum

ticum agrauatiuum melācolicum deambulatiuum sentiat
& per ventositatem & alia signa. Ex figura quidem qz debet
esse rotunda intuitu superficie plena. ex operatione qz oculi
qui velociter mobiles sunt calidi iudicantur: tardi vero fri-
gidi: lacrimabiles vero humidi: similiter quidam videt a lō
ge rem distantem & prope vero non. Quidaz vero e conuer
so: de prope. n. videntes spūm habent visibilem paruum & cla
rum qui ex sua paruitate non sufficit ad longinque extende
re. Qui vero solum de longe vident. spūm habent multum
sed ipsum non subtilem sed perturbatum grossum & humi-
dum. vnde non indigent interuallo ad sui passionem vt gros
si vapores ab illo separentur. Ex colore quoniam color signi
ficat humorem dominantem. s. rubeus sanguinem citrinus
coleram: albus flegma: plumbeus melancoliam. Ex quan-
titate: quoniam magnitudo oculorum cum proportione o-
perationum & virtutis multitudinem substantię & bonam
oculi eucrasiam significat. Si vero sine bonitate operatio-
nis: multam substantiam sed non eucratam demonstrat cū
vitio vero operationum paruam substantiam & non eucra-
siam. A quantitate in operationibus: qz cuius oculi sunt ma
gni: piger est. cuius parui: inuerecundus: loquax: ac stoli-
dus est. Cuius in profundo positi sunt callidus est & decep-
tor. A rebus exterioribus cognoscitur p patientis inditium.
Curatio autem quarūlz istarum fit per exibitionem con-
trarij ęgritudinis. obseruetur cum hoc regiminis bonitas
in sex rebus non naturalibus aere: exercitio: & ocio: cibo &
& potu: somno & vigilia: coitu: & accidētibus animę. habeat
semper venter laxus & in omni ęgritudine & repletione.

## *Adnotatio.*

*Caput de oculis, antiquissimi codicis index pollicetur, in tractatu tamen non inuenitur, eius autem loco, subscriptum legitur.*

## De tertia parte corporis.

Cum superfluitates in ventre congregatæ fuerint, hæc sunt signa: genuum dolor, inflatio, rigor, & ventositates circumeuntes. oportet igitur hæc sentientem purgari cum aliquibus subtilibus mollificatiuis: et uti regimine, quod supra de pectore prædiximus: quicunquæ hoc non fecerit incurret in dolorem iuncturarum, & tergi, in fluxum ventris, corruptionem digestionis, & oppilatioem epatis.

## De testiculis.

Testiculi sunt quarta pars corporis: cum itaq superfluitas in eis congregatur. hoc signū consequitur: repet appetitus: Opozter illud q hoc sentit hoc facere vt herbam accipiat quę dicitur camomilla: & herbam q̄ dicitur melilotum: & de earum radicibus: ponat radices & herbas in vino albo odorifero: & sumat ex eo quolibet mane. ita q sit temperatum cum aqua & melle. & abstineat a nimia comestione. Quod si omittit hanc medicinam: timere poterit dolorem testiculorum & pulmonis: & periculum lapidis. legitur siquidem in historijs antiquorum q rex potens congregauit medicos meliores: Indorum Grecorum: & Medorū & iniurit eis vt quilibet eorum studeat facere talem medicinam: qua si vtatur homo: proficiat sibi & non indigeat medicina alia. Sane Indus indicauit & dixit: q sumere quolibet mane aquam pleno ore bis: facit hominem sanum & non indigebit alia medicina. Medus vero affirmauit: q ieiuno stomacho prodest multum sumere de granis milij. Ego vero Aristoteles Grecus dico: qui tibi dormit q in ventre ponderositatem non habeat: sibi non timeat guttam nec grauedinē: qui comedit quolibet mane septem dragmas ... passę bonę dulcedinis: non timebit aliquo modo de infir

mitatibus flegmatis. ⁊ eius memoria emendatur: ⁊ intellectus illuminatur: ⁊ qui in tempore conueniente sue complexioni vtitur hoc: securus erit ⁊ non timebit febrem quartanam. ⁊ qui comedit ficus cum nucibus ⁊ paucis folijs rute: venenum in ea die non nocebit ei.

## De custodia caloris naturalis.

O summe rex studeas modis omnibus custodire ⁊ retinere calorem naturalem: quandiu caliditas est temperata in homine ⁊ humiditas naturalis: calor temperatur ⁊ roboratur: quia sanitas in his duobus consistit. Sciendum etiam in hoc loco: q̄ destructio ⁊ corruptio corporis peruenit ex duabus causis: vna naturalis ⁊ alia contra naturam. naturalis peruenit ex contrariarum qualitatum repugnantia ⁊ contradictione: quando scilicet siccitas dominatur in corpore. Corruptio vero contra naturam prouenit ex aliqua causa accidentali: siue ex bello: siue ex offensione lapidū: siue ex alijs fortuitis casibus: siue ex infirmitate ⁊ malo cōsilio.

## De qualitatibus ciborum.

Cibariorum quedam sunt subtilia: quedam grossa: quedam media: Subtilia subtilem generant sanguinem clarum ⁊ bonum: que sunt vt pulmentum: pulli gallinarum bene nutriti: ⁊ oua recentia sorbilia: Grossa vero cibaria valent calidis hominibus ⁊ laborantibus in ieiunio: ⁊ dormientibus post prandium. Media autem cibaria non generant inflammationem neque superfluitatem: vt sunt carnes agnine arietine ⁊ castratine ⁊ omnes carnes calide ⁊ humide: tamen videtur fallere in his carnibus: quando assantur. quoniam inde acquirunt duritiem ⁊ caliditatem ⁊ siccitatem. si itaq; tales carnes assantur: cito comedantur: ⁊ tunc magis

laudabiles sunt qñ in eis suaues species apponunt: Quedã uero cibaria sunt que generant melancholiã sicut bubali: & bouine: & oēs carnes que sunt grosse: sicce: & aspere. Alia ue ro animalia ab his sunt habētia subtiles carnes: q̃ pascunt & nutriuntur in aquosis & humidis & umbrosis locis: eorũ carnes sunt meliores & saniores. Idē dicēdũ ē de piscibus.

## De piscibus.

Sciendum est igitur q̄ ille piscis est parue substantie & subtilis pellis & facilis masticationis qui nutritus fit in a-quis salmaticis currentibus: talis est melior & leuior: q̃ ille qui nascitur in mari vel dulci aqua. Qui nascitur in ma ri sanior est: q̃ ille qui nascitur in aqua dulci. oportet igitur cauere ab illis piscibus qui sunt magne substantie: & dure pellis: quia tales solent esse venenosi. Et hec de pisci-bus ad presens sufficiant. quia in libro quem composui de pulmentis & medicinis: inuenies abbundanter istam mate-riam determinatam.

## De aquis.

Sciendum est: q̄ aque subtiles sunt vtiles cuilibet viuen ti: tam animalibus quam vegetabilibus: & memento q̄ do-cui te sufficienter de aquis: & ostendi tibi: q̄ omnes aque tã dulces q̃ amare originem traxerunt a mari. & de hoc fe ci tibi demonstrationem manifestam. Nunc suscipiendum est: q̄ leuiores & saniores aque sunt ille que sunt prope ciui-tates currentes. quando vero terra est pura a ripibus non abbundans fumositatibus: aqua illius loci est leuis: opti-ma: & laudabilis: aqua vero nascens in terra lapidosa: que abbundat fumositatibus est grauis: infirma: & nocibilis. Et in qua sunt rane & serpentes & alia animalia venenosa est in-

ffirma: ficut aqua paludis. Signa quidem bonarum aquarũ funt hec. leuitas: claritas: bonus color: quando facile calefcunt ⁊ facile frigefcunt. in talibus enim delectatur natura. Aque vero falfe: ⁊ amare: fumofe dicuntur: ideo diffoluunt ventrem ⁊ deficcant. aque autem paludis funt calide ⁊ graues: quia ftant ⁊ non mouentur. ⁊ quia fol diu durat fuper ipfis: ideo generant coleram: ⁊ faciunt crefcere fplenem ⁊ pulmonem: ⁊ que diu fcaturizant in duabus terris funt calide ⁊ infirme: quia continent in fe particulas terreas: ⁊ potatio aque frigide ftomacho ieiuno ante prandium nocet corpori: extinguit enim ignem ftomachi: potatio vero eius poft prandium calefacit corpus: ⁊ generat flegma. ⁊ fi multum fumatur corrumpit cibum in ftomacho. debes igitur bibere aquam frigidam in eftate: ⁊ calidam in hyeme: ⁊ non econuerfo. quia potatio aque calefacte in eftate mollificat ⁊ debilitat ftomachum: ⁊ deftruit appetitum: ficut potatio aque frigide in hyeme extinguit calorem: ⁊ deftruit inftrumẽta pectoris: nocet pulmoni: ⁊ multã generat nocumẽta.

## De uino.

De cognitione vini: fciendum eft ꝙ vinũ cuius racemus eft in monte natus expofito foli: eft ficcioris nature ꝙ̃ id quod nafcitur in plano in locis madidis ⁊ vmbrofis. primũ vinum valet fenibus ⁊ hominibus abundatibus in humiditate ⁊ flegmate: nocet vero iuuenibus ⁊ calidis hominibus. primum ergo calefacit ⁊ liberat a fuperfluitatibus frigidis ⁊ groffis. ⁊ vinum ꝙ̃to magis rubicundum ⁊ fpiffuz: tanto magis generat fanguinem. fed quando eft forte ⁊ fortis amaritudinis: tunc dicitur primus fanguis ⁊ primũ nutrimentum: ⁊ habet naturam potionis ⁊ medicine. ⁊ fumptum diu: valde nocet. quando vero vinum huius generis eft dulce: nocet ftomacho: generat ventofitates: ⁊ inflationes. laudabilius ⁊ fuauius omni vino quo ad omnes cõ

plexiones: est id quod nascitur in terra extensa inter montes & valles: cuius racemus est bone dulcedinis: perfecte maturitatis: subtilis aeris: qui non vini lemiatur donec est in ipso fortitudo sue substantie: humiditas corticis: insipiditas palmitũ: & granorũ: cuius color ẽ aureus: vel medius inter citrinum & rubeum colorem: sapor acutus & delectabilis: cuius fex est in fundo depressa: cuius partes subtiles sunt & clarescentes. Quando itaque tale reperitur: sume de ipso temperate iuxta aetatem corporis: & temporis qualitatem: quia confortat stomachum: calorem corroborat naturalem: iuuat digestionem: conseruat a corruptione: ducit cibum. decoquit & perducit ipsum purificatum ad omnia mẽbra que reguntur. & decoquit ipsum cibum in eisdem membris. donec conuertatur in sanguinem substantialem. tunc ascendit ad ceruicem cum calore temperato: reddit caput securũ ab infortuitis: casibus insuper cor letificat: colorẽ rubefacit: linguam reddit expeditam: liberat a curis: & hominem facit audacem: & excitat ad omnia appetitum: & multa alia bona facit.

## De malis quae sequuntur ex nimio potu.

Uinum autem quod sumitur in magna quantitate: abundãter: tunc e cõuerso hec mala facit que sequuntur. obscurat intellectum: impedit sensum: turbat cerebrum: debilitat virtutem naturalem & animalem: generat obliuiones: ledit omnes quinque sensus: quibus regitur & dispergitur tota corporis operatio: fugat appetitum: debilitat arthenas & iuncturas corporis: generat tremorem membrorum: & lippitudinem oculorum: accendit colerã: destruit epar: quia reddit sanguinem eius grossiorem: & cordis cruorem denigrat. & exinde peruenit horror: timor: tremor: somni loquutio: fantastice visione: corruptio coloris: debilitatio genitalium: destructio seminis: abominatio stomachi: distemperat complexionem:

generat corporis crassitudinem: ⁊ quod deterius est lepram inducit: ⁊ tunc est de genere venenorum. Cauendum est igitur ne vltra modum sumatur quia vinum immutat naturam ⁊ complexionem: reubarbarum: quod est vite epatis ⁊ habet plures vtilitates que continentur in libris medicinalibus nihilominus quandoqꝫ est venenum mortiferum: vꝫ illis qui vltra modum sumunt ex eo: ⁊ transcendunt certam quantitatem ⁊ mensuram. Uinum etiam comparatur nature serpentum: ex quibus antidotum conficitur: ⁊ lesiones maxime per eorum medicinam expelluntur: verũtamẽ omnibus notum est: ꝙ venena mortifera in se gerunt.

## *De syrupo acetoso et ebrietatis, optima medicina.*

O Alexander nullo tempore te tedeat syrupum acetosum mane summere ieiuno stomacho ⁊ non ieiuno: quando scilicet conualescunt humiditates ⁊ abundant: ⁊ flegma dominatur. quia valde sanatiuum est. Sapiens quidem aristos bonum vinum commendauit vbi dixit: mirum est de homine qualiter potest infirmari vel mori: cuius cibus est panis optimi frumenti: ⁊ carnes commendabiles: ⁊ potus bone vitis. Et ex eis vtitur temperate: abstinendo se a nimia comestione: potu: coitu: ⁊ labore. aut quomodo hinc homini accidit egritudo: oportet siquidem ⁊ illum qui inebriatur vino vltra modum sumpto: vt abluat se cum aqua calida: ⁊ sedeat super flumina curentium aquarum: ⁊ habeat salices atqꝫ mirtum: ⁊ vngere debet corpus suum cum sandalo confecto: ⁊ fumigare cum incensis frigidis ⁊ odoriferis. hec est quidem ebrietatis optima medicina.

## *Quomodo uini potus est derelinquendus.*

Si quis ex toto proponat relinquere petum vini: non de

bet subito ab vsu vini penitus abstinere: sed paulatim de po tu vini ad potum vue passe se transferre. et exinde adiungere aquam paulatium vna die post aliam: donec veniat ad puram aquam: quia per istum ordinem servatur complexio nature a granibus egritudinibus futuris.

## *De his quæ corpus corroborant, impingnant, atq; humectant.*

Post hec itaq sciendum: q quedam de his corroborant impinguant: et humectant: quedam macerant: et desiccant: quedam res dant corpori vigorem et pulchritudinē: et quedam generant pigritiam et tepiditatem. ea siquidem que ipsum corroborant sunt alimenta suauia: leuia: et sue nature conuenientia: quando sumuntur tempore competenti et in hora necessitatis sicut prediximus. Ea vero que ipsum corpus impinguant et humectant sunt hec. Requies corporis: letitia mentis: iocunda societas: et calida cibaria et humida. potatio vini dulcis: et sumptio mellis humidi: quod colligatur et mictatur in locis priuatis in caule gendel. et nihil tantum valet ad hoc: quantum dormitio post prandium super suauia stramina in locis frigidis: et balneari in balneis calidis: et parum stare in eisdem: ne humiditas corporis dissoluatur in magna quantitate. quia melius est vt corpus habeat de humiditate et madefactione balnei: quam econuerso: et odorare odores iocundantes animam: et conuenientes tempori in quo est: verbigratia. odorare racemum in hyeme: quia calide nature est. rosas vero et violas in estate. Exercere vomitum bis vel ter in mense et in estate maxime qz vomitus abluit stomachum et purgat a malis humoribus et corruptis humiditatibus. Quando ergo iste corrupte mater e expelluntur a stomacho: naturalis calor augumentatur et confortatur ad digerendum alimentum. Rege igitur

n e corpus be

ne corpus tuum si vis vt crescat: et obserua meum consiliũ cum hoc quidem magis vt solatium et diuitias habere: re uerentiam super inimicos acquirere: delicate viuere: solatiari instrumentis musicorum: videre et delectari in rebus formosis. legere in libris delectabilibus: audire cantica letitię cũ amicis dilectis: indui fulgentibus et speciosissimis vestibus: conferrere cũ sapientibus querendo de rebus preteritis et futuris: confortare virtutes rationales vnguentis conuenientibus tempori in quo es. hęc siquidem sunt quibus homines impinguntur.

## De his quæ Macre faciunt corpus.

Res vero quę faciunt contrarium vt quę macrant corpus sunt hęc diminutio cibi et potus: frequentatio exercitii et laboris maxime in calore et sole: longa vigilia: dormitio ante prandium super duris lectis: quia caliditas impeditur propter nimiam humiditatem quę in est corpori: balneari in aquis sulphureis et salsis et dissolutis frigidis et calidissimis fames: potio veteris vini puri: frequens purgatio ventris: frequens diminutio sanguinis: nimius vsus veneris: paupertas: sollicitudo: timor: mala cogitatio: et anxietas: dolores frequenter accidentes: et mali euentus.

## De balneo.

Balneũ vero est vnum de miraculis huius mundi: quia ędificatur secundum anni quattuor tempora. quia frigidum attribuitur hyemi: tepidum veri: calidum ęstati: siccum autumno. De summa ergo prouidentia est facere in balneis quattuor mansiones ordinate: ita vt prima sit frigida: secunda tepida: tertia sicca: quarta calida. Et cum quis ingredi voluerit. debet prius aliquãtulum stare in prima: deinde intrare in aliam et ibi parum morari: et post in tertiam intra

re: ꝛ ibi paruulam moꝛam facere. Et vltimo in quarta. ꝛ ibi debes te lauare. Et cum volueris erire: debes seruare eundem oꝛdinem faciendo moꝛulam in qualibet camerarum: nec ereas de nimio caloꝛe in nimiuꝫ frigus aut er nimio frigoꝛe ad nimium caloꝛem statim: sed gradatim. Et sit balneum edificatum in loco alto ꝛ ventoso: ꝛ habeat foꝛnaces magnas reddentes flammas magnas ꝛ latas: ꝛ aquam dulcem. Et vtendum est in eo odoꝛibus conuenientibus tempoꝛi instanti. videlicet in vere ꝛ in estate vtendum est vnguento duplicato triplicato ꝛ quadruplicato. in autumno vero ꝛ hyeme fruendum est duplicato. deinde sedendum est super sedilia aquis rosaceis imbuta. ꝛ postea facias te tergere cum linteamine albo mundo de lino vna vice post aliam. postquam hec omnia compleueris: ꝛ delicate ablutus fueris: er eas ad alias mansiones non statim: ꝛ vtere sequentibus documentis ꝛ vnguentis. Si ergo vincaris a caloꝛe: pectineris ꝛ vtaris vnguento purificato conuenienti tempoꝛi. quia in vere ꝛ estate debes vti vnguento sceranino confecto de sandalis ꝛ emleg. In autumno ꝛ hyeme debes vti vnuento de mirra ꝛ de succo herbe: que vocatur beta: ꝛ pꝛoiicere super caput artificiales aquas ꝛ temperatas: deinde debes abluere ꝛ fricare inde coꝛpus donec fuerit bene lotū ꝛ mundum: deinde ungas coꝛpus quibusdam vnguentis: que conueniunt tempoꝛibus suis. deinde gradatim ereas sicut docuimus in pꝛecedentibus. deinde tergas te donec alleuieris. Si itaq; feceris. bibas syrupum rosatuꝫ: ꝛ sumas de electuario cum musco: deinde tendas bꝛachia tua aliquātulum. Deinde post modicam hoꝛam sumas paratum cibum cum tranquillitate. ꝛ bibas de bono vino temperate cum tanto de aqua sicut consueuisti bibere ꝛ non sumas multum: sed temperate. deinde suffumigabis te incensibus conuenientibus illi tempoꝛi. deinde requiescas in lectis delicatis: ꝛ accipias de somno bonam partem: quia multum iuuat. deinde continuare debes residuum diem in gaudio ꝛ quiete. Iste siquidem oꝛdo sanitatis est ꝛ nutricationis coꝛ-

poris. Qui vero est senex vel superatur ab humiditate & frigiditate caueat multum morari in balneo. debet siquidem tantum stare in balneo: donec corpus suum sumat de humiditate balnei & madefiat. Aquam vero temperatam proijciat supra se multum cito quantum voluerit. Oportet autem flegmaticum non intrare nisi ieiuno stomacho. & vngere se vnguentis calidis. Qui vero fuerit calidę naturę: teneat pręcedentem doctrinam.

## Informatio quod non opus sit medico.

O Alexander quando cognoueris datum documentum & opere compleueris: faciet te non indigere medico tempore vitę tuę cum Dei adiutorio. Scis enim: quod infirmitates graues quę generantur de caliditate. ex periodis & cursu Lunę cognoscuntur an sint breues aut longę. & etiam ex signis pręcedentibus cognoscuntur ad quem finem debent venire. & ego te docui fideliter & ostendi breuiter diuisiones & cognitiones infirmitatum: & in aqua similiter est signum probatum in his rebus. Sed pręcedentia signa sunt veriora & meliora sicut determinaui in libris de aquis. Et hęc signa sufficiunt illi qui bene tenet in memoria doctrinam illius libri: sicut etiam continetur in libro quem feci de medicinis compositis: & potionibus artificialibus: & vnguentis compositis & emplastris secundum ordinem & artem Grecorum: Italicorum: Indorum: & Persarum: in quibus nullum experimentum fuit fallax. Quia ergo secreta erant ista vtilia & sepulta & ignorabantur nec inueniebantur usquam: idcirco indignum esse decreui si tuam laterent clementiam.

## De inuentione & diuisione magnæ medicinæ.

Dignum est itaque vt scias magnam medicinam: quę dic i

tur gloria inestimabilis: quę vere est thesaurus philosophorum: ego siquidem nunquam percepi nec veraciter noui quis eam inuenit: quidam enim afferunt q Adam fuerit eius inuentor. Alij dicunt q Aesculapides: & Hermogenes medici: & Irsos: & Donasticos: & Vacileos: & Hebreos: & Dioris: & Zarais gloriosissimi philosophi qui sunt. viij. quibus datum est cognoscere secreta scientiarum: quę latebant omnes homines: isti sunt qui inquisiuerunt & disputauerunt de his quę sunt supra naturam: & de pleno & vacuo: & de finito & infinito: & concorditer venerunt in confectionem medicinę huius inextimabilis: quam diuiserunt in octo partes quidam confirmant siquidem q Enoch nouit hoc secretum per visionem: volunt etiam dicere q iste Enoch fuit magnus Hermogenes quem Greci multum commendant & laudant & attribuunt sibi omnem Sapientiam secretam & cęlestem.

*Adnotationes duæ.*

*Prima.* *Magnam medicinam cuius inuentorem inquirit alchimiã esse in sua margarita* Bonus *arbitratur, quod non uidetur uerum, compositio siquidem, tum huius, tum octo partium ex quibus componitur, alchimiam occultè uocari apertissimè negat.*

*Secunda.* *Hermogenis tum hic, tum alibi hoc in libro Meminit Autor, per Hermogenem autem, & rectè, Hermetem idem* Bonus *intelligit, addo signum nam inferius Hermogenem triplicem in philosophia fuisse affirmat, quod Hermeti ab omnibus tribui, nemo est qui ambigat.*

## *Confectio pulcherrima mellis.*

Cum dei benedictione sume de succo mali granati dul-

cis.xxv. rotulos: ⁊ suco mali granati acris. x. rotulos: ⁊ de suco pomorum dulcium. x. rotulos. ⁊ suco vue dulcis claro ⁊ dulci rotulum. i. ⁊ zuccaro albo ⁊ mundo rotulos. x. ⁊ hec omnia ponantur in vase ita vt sit ad medietatem. ⁊ cum discretione decoquatur cum suaui igne ⁊ penitus sine fumo: ⁊ tollatur tota spuma. ⁊ tantum decoquatur quousque efficiatur sicut mel spissum. hoc siquidem est illud mel optimum quo conficiuntur medicine. debes igitur ipso vti sicut predictum est.

## De prima medicina.

Sumatur cum Dei benedictione ⁊ adiutorio: de rosis rubeis rotulum. i. ⁊ de violis quarta pars rotuli. ⁊ omnia ponantur in. x. rotulis aque dulcis. postquam in eo positum fuerit de aqua elcotongani media pars rotuli. ⁊ de aqua mente viridis medietas rotuli: ⁊ de aqua mazefegos quarta pars rotuli: ⁊ de aqua lingue bouine rotulum vnum. colligantur omnia ista: ⁊ decoquantur cum vna vncia de elmeg occiam de garofalis. ⁊ hec omnia debent stare super ignem per vnam diem ⁊ noctem: donec egrediatur tota vis eorum. deinde ponatur super ignem suauem: donec diminuatur tertia pars aque: deinde permictatur clarescere. deinde ponatur in eo de preparato predicto melle rotulos tres. ⁊ tantum decoquatur quousque spissum fit. deinde ponatur in eo vna dragma ⁊ dimidia de musco bono: ⁊ vna dragma de ambra ⁊ tres dragme de ligno aloes crudo trito ⁊ humido. Et hec est prima medicina siue potio: cuius effectus est confortare stomachum cor ⁊ cerebrum.

## Secunda medicina.

Sumatur de mirobola galangam cabeli ciecto, coric

rotulum vnum.⁊ de medulla carobe de Babilonia quarta pars vnius rotuli:⁊ de liquiritia sine cortice citrini coloris: due vncie: ⁊ de granis maturis de mirtis in suo tempore due vncie:conterantur bene.⁊ hec omnia ponantur in.x.rotulis aque dulcis per vnam diem ⁊ noctem: deinde coquatur suauiter donec deficiat medietas aque. deinde misceatur ⁊ coletur: donec fiat clarum:⁊ tunc ponantur de melle priuato rotuli duo. ⁊ iterum decoquatur donec spissetur. deinde apponatur de puluere masticis vncia vna: ⁊ de tuebit quarta pars vncie:⁊ de reubarbaro quarta pars vncie: ⁊ hec est secunda medicina: cuius est corroborare stomachum ⁊ constringere:⁊ purgare malos ⁊ putridos humores: qui congregantur in stomacho sine abominatione vel violentia: sine aliqua lesione insuper confortat cathenam corporis ⁊ pectus ⁊ cerebrum.

## Tertia medicina.

Sumatur rotulus vnus de emleg.⁊ dimidius:de elileg indico dimidia pars vnius rotuli: ⁊ de darsani canele ⁊ de kalega galengal ⁊ de nuce muscata ana.dragmi.i. ⁊ teratur totum non nimis subtiliter ⁊ ponatur in aqua dulci. ⁊ sumantur de carcillis.x.rotuli ⁊ maneant in ea per vnam diem ⁊ vnam noctem:deinde coquatur cum suaui igne donec diminuatur medietas:deinde misceatur ⁊ coletur donec clarefiat:postmodum componatur cum tribus rotulis mellis artificialis:deinde tantum bulliat donec densum fiat. Hec siquidem est tertia medicina:cuius proprietas est corroborare omnia membra occulta:⁊ maxime principalia.

## Quarta medicina.

Sumatur cum dei adiutorio aqua palmitum rutiferé

tis mora Alueftria libra vna: ꝛ de aqua falsa culata medie/tas libꝛe: et de aqua lactuce agrestis libra vna : et de aqua radicum berberis libra. i. totum congregetur in vnum : ꝛ ponatur in eo aceti quarta pars libꝛe: ꝛ de eufatenis de me re quid de quolibet pars quarta libꝛe : colligatur totum ꝛ stat per vnam noctem ꝛ diem: deinde culetur ꝛ ponatur in eodem melle libra.ij.aut tres : deinde coquatur cum igne tenui ꝛ leui donec inspissetur : ꝛ hec est quarta medicina: cuius proprietas est q generat appetitum : iuuat pectus ꝛ pulmonem.

## Quinta medicina.

Sumatur escones recens libra media berberis libra me dia.citrac viridis. ꝛ ponatur in.xij.libꝛe aque dulcis: ꝛ adda tur de aniso libre.iij. ꝛ stet per vnam diem ꝛ noctem. dein/de decoquatur vsq ad medietatis consumptionem aque. ꝛ sumatur libꝛe.iiij.mellis preparati: ꝛ totum coquatur vsq ad inspissatioñe. Hec est quinta medicina cuius proprietas est expellere malitiam: subtiliare flegma: superfluas humi/ditates tollere: stomachum temperare: aperire constipatio nes: ꝛ ventositates expellere.

## Sexta medicina.

Sumatur cum dei adiutorio de colatura feminis copto ne: ꝛ de colatura feminis coptonorum libra media. de quali bet: gummi arabici agomi.dragm.ij. ꝛ dissoluantur omnes gumme in aqua rosata: ꝛ ponatur in aqua de melle prepara to libre.ij. ꝛ inspissetur super ignem bona inspissatione. Hec est sexta medicina: cuius proprietas est linire pectus: ꝛ con fortare ꝛ reparare respiramenta: ꝛ expellit dolorem renum,

## Septima medicina.

Sumatur cum Dei adiutorio de spica indica. dragm.i. equaliter de clerad longo et breui.drag.i.et ponatur totum in libris quinque aque dulcis:et tantum stet:quod exeat virtus eius deinde conteratur et culetur et ponatur in melle clarifico trium lib.quantitate:et decoquatur cum igne leui donec inspissetur. Hec est septima medicina: cuius proprietas est reparare stomachum:et fugare ventositates.

## Octaua.medicina

Summatur de reubarbaro solido et recenti dragm. iii. et carui drag.i.confician totum et apponatur desuper de aqua dulci lib.x.et stet in illa donec virtus exeat. deinde teratur leuiter:et deinde culetur et apponatur desuper de melle preparato lib.iij.et decoquatur tranquillo igne donec ingrossetur. Hec est octaua medicina cuius proprietas est mundare epar:reparare corroborare et confortare membra interiora vniuersa.

## Medicina magna ex octo præcedentibus cofecta.

Deinde congregentur omnes medicine precedentes deinde ponatur ad quantitatem omnium dactili indici recentis mūdati a granis suis:quorum interiora sunt trita ad modū cerebri. Si non inueniatur tale:dissoluatur per aquam donec eius virtus egrediatur:sicut factum est in predictis.deinde cum abstergetur in magno vase et effundatur desuper aque rosate odorifere lib.vi.et decoquatur totum donec videatur et incipiat inspissari:dein tollatur ab igne: et tantum dimictatur donec tepescat cōpetenter. Ponatur in eodem

vnguento

vnguẽto balsami ꝛ ponat ĩ ipso optima ambre.ʒ.iii. optimi musci ʒ.iii.ꝛ ponat ƌ predicto oleo ĩ margaritis bene tritis medietas libre ꝛ puluere lapidis preciosi rubei ꝛ coelestis fini coloris.ʒ.vj.ʒ.ꝛ ƌ auro smaragdino.ʒ.iij.ꝛ de subtili puluere auri.ʒ.iij.deide ponat sub diuo vt descẽdãt in ipso virtutes spũales per.7.dies:ꝛ non permittatur in illa nocte in qua luna erit maliuola ꝛ carens cursu superioris aut radijs suis. Cũ igitur completum fuerit iuxta hũc modũ simul de thesauris huius mundi erit. Accipe igitur de isto post cibum.ʒ.i.ꝛ similiter ante cibũ.ʒ.i.qꝛ est summa omnium medicinarum ꝛ finis cuiuslʒ finalis intentionis.ad fugandum maliciam ꝛ flegma:ꝛ dolorem renum.ꝛ ad fugandum emoroidas.ꝛ ad repellendum inflationem.ꝛ ad digerendum cibum:ꝛ ad temperandum complexionem:ꝛ ad subtiliandum musculos:ꝛ ad quiescendum tempora:ꝛ ad tollendum dolorem capitis.ꝛ ad clarificandum visum:ꝛ ad recreandum senectutem:ꝛ ad subtiliandum vocem:ad fugandũ infirmitates:ꝛ quiescere omnes molestias ꝛ egritudines apparentes ꝛ occultas:aperit oppilationes:expellit ventositates:non permittit locum apari:vel collectionem humorum:ꝛ impedit mortalitates ꝛ infirmitates:ꝛ facit bene vrinare:tollit tussim:ꝛ confortat spinam:ꝛ multum confert hõi cum difficultate exspirãti:letificat generat gaudium:ꝛ bona alia multa facit:que longum esset enarrare. sed habet spetialem proprietatem ad generandum intellectum ꝛ nutriendum cerebrum. O Alexander non oportet te aliquo tempore accipere medicinam aliam si ista vteris.

## *De hora eligendi medicinam.*

Caue tibi Alexander ne sumas medicinam:vel venam aperias:nisi de licentia scientie astrorum.qꝛ vtilitas scientie medicinalis exaltatur siue comendatur in hoc. Si volueris flebotomari vel sanguinem minuere:non attentes aliquid

horum facere: donec noui lunium tibi crescat: q recedat a so le: et caue ne luna sit in tauro vel pisce: et precaue de aspectu solis ad lunam ascendentem: et similiter cum fuerit luna in coniunctione etistens in signo aquoso. Caue etiam ne fuerit Mercurius in constellatione ascendete vel sibi oppositus: et similiter dic de Saturno: et vtilior hora ad aperiendum venas est in vltima medietate mensis lunaris vtque luna sit diminuta: et q sit in libra vel scorpione. Et nociue stelle non in eandem respiciant: et tūc est luna deterior: cum fuerit in secunda reproba vel noua. Item in diminutione sanguinis non per apertionem venarum sed per scarificationē carnium cum luna fuerit crescens in lumine: nisi respiciunt in ipsam stelle nociue sed est opposita mercurio. et q luna sit cum venere vel respiciat in ipsam venus vel mercurius. Cum vero luna fuerit in constellatione ascendente: tunc habet dominium vel potentiam in corpore super eodem loco in scorpione.

## De medicina laxatiua respiciendo unam.

Cum volueris sumere medicinam laxatiuam: consistat luna in libra vel scorpione vel pisce. caue de approximatione lune ad saturnum. quia tunc facit cōgelare humores et medicinam in corpore. et quanto magis elongatur luna a saturno: tanto melior est. nec est timendus cum fuerit in mercurio. Sit itaque principium tui operis secundum bonam constellationem lune: et absentiam eius a nociuis stellis: et eius prosperitatem in suo ascensu.

## De doctrina signorum.

Cum volueris dare medicinam: vide in quo signo sit sol: quod quidem poteris per presentem mensem cognoscere

si diligenter inspicias signa et menses in presenti sphera descriptos. Si.n.fit sol in colerico signo: oportet plus acui medicinam et plurimum in melancolico. si aut in flegmatico modicum: secundum qualitatem et naturam signi: quando sol perlabitur constringit ventrem et natura lassatur. preterea diligenter est aduertendum. Si luna est in colerico signo aut melancolico aut flegmatico. Si ambo luminaria in colericis signis se recipiunt vel aspexerint: medicina tunc data parum mouebit. Si vero in melancolico accipientes aut nihil aut parum soluet. Si in flegmaticis signis sol et luna extiterint: facile medicina sumpta ducet: et precipue si fuerit luna in augmento quia vt ait pluuius crescente luna crescunt totius corporis humores et etiam secessus et letamina.i.superfluitates. decrescente vero luna decrescunt hec omnia. Hec nature secreta que copilauimus proculdubio cognoscere poterit quicumque in se ipso ea experiri voluerit.

### *Adnotatio.*

*Illud hoc in loco silentio prætereundum non esse duco, quòd caput presens mutilum est, quo enim in signo sol reperiatur, inquit Autor quòd diligenter inspiciendo signa & menses in præsenti sphæra descriptos cognoscetur, hæc uerò sphæra desideratur.*

O Alexander iam sciuisti illud: quod antea tractaui et exposui non semel: vz quod substantia huius mundi in vniuerso: et eius superiorate et altitudine: inferioritate et profunditate: anterioritate et posteritate vna est: nullam habens differentiam secundum substantiam: quia eius differentia solummodo est in accidentibus et in eius existetia est in forma et accidentibus et in coloribus. Si ergo nulla res differt a se ipsa: consequens est vt differentia sit alia. quicquid ergo corporaliter de naturis in mundo que primo diuiduntur in quatuor

partes: ⁊ est quattuor elementa: deinde quicquid generat ex his de originalibus ⁊ animalibus: semper est ex mundo circũdãte ipsum. apparet ergo ꝙ inferiorũ forme reguntur a formis supercoelestibus sphericis spiritualibus: ⁊ hec est causa experientiarum in operibus incantamentorum ⁊ imaginum. ⁊ iste forme sphericę sunt firme gradibus firmamēti: ⁊ septem illę regentes superiores recipiunt impressiones earum in suis luminibus: sicut infans ⁊ mulier pregnans ideas ⁊ similitudines rerũ: ⁊ earũ formas: ⁊ perducunt eas ad mundum inferiorem: iuxta possibilitatem informantis ⁊ imprimentis eas seu cõponentis. recipit igitur quęlꝫ res de originalibus ⁊ vegetabilibus ⁊ animalibus ab illis: ſm ꝙ potens est in sua natura recipere. Et scias ꝙ receptioni cuiuslibet formarum supercoelestium accidit iuxta capacitatem ⁊ possibilitatem in recipiendo ipsam. ⁊ quicquid derivatur in inferioribus ex impressionibus supercoelestium: fortius ergo idolum incantamentorum ⁊ divinationum est: quod insidiatur aquę imbrium ⁊ a patre sene. deinde cũ illo quod inclinat ad sapientiam ⁊ ad iudicium iusticię: qui ergo est magis apparens in liberalitate: deinde sequitur ipsum ad puteum flauum velocem. Invoca principem multorum miraculorum qui est multę benedictionis: ⁊ convenit ꝙ consideratio tua sit similiter in tempore suo: ⁊ est necesse continuare lumen planetarum ⁊ in superiorem radiorum suorũ reprobare: ⁊ in eo quod vis bonum esse. ⁊ ecõuerso sic cum vis corrumpere: ⁊ ego ponam tibi exempla in hoc: quibus multis indigebis. ⁊ ostendam faciem operis in hoc domino concedente.

Quoniam illi qui fuerunt velocis aprehensionis ⁊ intellectus eorum fuerunt clarificati ad suscipiendam scientiã: investigaverunt id quod manifestum est de eo quod occultũ est eis: ⁊ ideo cuius scientia est verificata apud illos confirmaverunt ſm modum: postꝙ cognoverunt ⁊ investigaverũt vtilitatem suam ⁊ durabilitatem ⁊ perpetuitatem visa occultaverunt ⁊ celaverunt: vt non associarentur eis in

eorum scientia: illi qui non habent apprehensionem: quiam illi apprehenderunt: nec scientiam quam illi sciuerunt: et sunt diuisiones altissimi: cuius potentia et dona sunt glorificata in suis creaturis currentia secundum suam sapientiam et secundum suam voluntatem super his voluerunt et approbauerunt: et non elongabit te deus gloriosus ab illis qui habuerunt scientiam: cum tu sis de numero illorum qui desideras aliquid acquirere et qui appetis possidere victoriam aut secundum intentionem suam ad id quod appetit: aut secundum habilitatem rerum appetitarum ad ipsum. Qui ergo in hoc mundo de secretis occultis et de scientijs occultis vniuersalibus et particularibus quas pertranseunt homines et non cognoscunt nec intendunt circa ipsas et hoc: quia intentio eorum et desiderium intendit ad alia: et alienum est ab eis quod appetunt: et iam ostendam tibi quicquid vides in hoc mundo sensibus tuis est patens ex duobus: ex materia. s. et forma: omnis igitur forma durabilis est perpetuis in ipso operante sine augmentatione et diminutione: et omnis materia que est in generatione non existit in aliquo tempore et temporibus: nec video nisi formam animalium et vegetabilium esse minus perdurantem in aetate: et suscipit in se corruptionem aut defectum aut augmentum vel diminutionem: quia abest et recedit propter corporis et materie differentis ipsam quod est compositum necessario et compositione partium: que sunt diuise cum motibus contrariantibus in corpore quamdiu existat in aggregatione et segregatione: et formatio durabiliter perseueret. Causa enim quare inuenitur forma durabilis et perpetua: quia est ex planetis durabilibus et perpetuis: et causa corruptionis existit in aggregatione et separatione: prouenit eo quod ex planetis contrarijs quando perseuerat secundum vnum modum. apparet igitur quod prediti quod forme coelestes quando sumuntur a luminibus planetarum intermediorum in ipsos celos: et ipsa elementa suscipiunt humores ex ipsis: quod habent suscipere et ex istis eorum durabilitas quas habet diuiduus ille humor et motus formarum et potentiarum et opera eorumdem iuxta complexionem celestem: ante

firmamenti.et illud dominatur in operibus cuiuslibet for-
me: quod dominatur in quolibet humore: et superat omnem
complexiones sicut placuit creatori suo glorioso et sublimi.
conuenit ergo scire: quod dixi et monstraui veritatem eius vt
vim cognoscas motum firmamenti: et signa eius: et plane-
tas ipsos fixos et durabiles: et quod ascendit ex qualibet par-
te signorum et ex formis figuratis spiritualibus operanti-
bus: et quod scias motus.xij.siderum: et modum inter illos q
significant hec omnia.et sciatur motus.vij.errantium inco
iunctione et oppositione: et in receptione: et triplicitate: et
quadratura: et sextiplicitate: et signum est aint: et signum
est ausebcrac: et terminus et inuentiones et quo accidit co-
rum passio et impressio et receptio luminis et eius radiatio: et
ascendens secundum certitudinem cum ipsa: et secundum cursum et secundum
inclinationem ad dextram et sinistram: et quot denarios per-
transiuit planeta in quolibet signo cum medio signo cum me-
diatione et in preparatione et in effusione sui luminis secundum vl-
timam certitudinem et insiderationem: et id quod magis
debet sciri et fieri est cognoscere horas ascendentium beni
gnorum et reproborum: et quod habet quilibet in longitudine et
latitudine et ascendente. Cum igitur cognoueris omnia cum
his que prediximus tibi de scientia lapidum et qui percipit
quilibet illorum per participationem in qualibet imagine
lapidum et vegetabilium et originalium in quolibet mem-
bro ex membris suis: necesse est quod aggregatio et vniuersi-
tas attribuatur et pertineat magis dominanti super eis: sicut
pertinet ad solem in vniuerso: et secundum maioritatem et
pluralitatem est distinctio pertinens ad solem secundum in
diuisionem deinde similiter quelibet Imago et quodlibet
membrum ex membris existentibus in ipsa: quoniam omne compo-
situm secundum quod constituitur et cernitur. Cum ergo volueris cum
adiutorio altissimi simplicissimi ligationem illarum poten-
tiarum super coelestium que operantur cum istis corpori-
bus: et tu iam nouisti quod hec planeta qualis ex illis in vniuerso
et indiuiduis et corporibus compositis visiones, considera etc.

De qualitatibus & proprietatibus & virtutibus quarundã herbarum: & de earum utilitatibus breui tractatu in sequentibus capitulis determinabimus. In alijs siquidem libris nostris plenarie de proprietatibus lapidum: & viribus herbarum & naturis plantarum declarauimus: & ideo quę nũc dicenda sunt de plantis & lapidibus quantum ad presens opus sufficiunt dicemus. Sed scire debes o Alexander quod sicut in plantis diuersę sunt naturę: diuersęque vires insitę diuinitus: sic & in lapidibus diuersę reperiuntur species & virtutes: quarum pulchritudines & utilitates pretio inextimabili maxime & principaliter conueniunt Regię Maiestati: decorantur enim regum diademata lapidibus preciosis: quarum pulchritudine visus iuuatur: animus delectatur: dignitas ornatur: & eorum virtute grauissimę ęgritudines a corporibus expelluntur. sine quibus parum efficax est medicina: ideo utuntur eis medici in medicinis ad morbos grauissimos expellendos. ingens vero virtus & mirabilis tam plantis quam lapidibus diuinitus est collata: sed humano generi est occulta. Sed nos in libro de lapidibus & plantis plenius exposuimus eorum proprietates & virtutes.

Adnotatio.

*Aristotelis libri de Lapidibus iam desiderantur, eos autem, non, tamen integros sed per partes excerptos, se uidisse in præfatione mineralium Magnus inquit Albertus. Libris uerò De plantis sub eius nomine circũferũtur. De quibus plura in catalago eorum operum, quæ an Aristotelea sint est dubitatum, declarauimus.*

## De lapide animali uegetabili.

In primis o Alexander tibi tradere volo secretorum maximum secretum: & diuina potentia iuuet te ad perficiendū propositum: & ad celandum ad arcanum. Accipe ergo lapidem animalem vegetabilem: & minerales qui non est lapis: nec habet naturam lapidis: & iste lapis quodam modo assimilatur lapidibus montium minerarum & plantarum & animalium: & reperitur in quolibet loco: & in quolibet tempore & in quolibet homine: & conuertibilis est in quemlibet colorem: & in se continet omnia elementa: & dicitur minor mundus: & ego nominabo ipsum nomine suo: quo nominat ipsum vulgus scilicet terminus oui: hoc est dicere ouum philosophorum diuide ergo ipsum in quattuor partes: quelibet pars habet vnam naturam: deinde compone ipsum equaliter & proportionabiliter: ita q non sit in eo diuisio nec repugnantia: & habebis propositum domino concedente. Iste modus est vniuersalis: sed ego diuidam ipsum tibi in operationes speciales. diuiditur itaq; in quattuor & duobus modis sit bene & sine corruptione. Quando igitur habueris aquam ex aere: & aerem ex igne: & ignem ex terra: tunc habebis plene artem. Dispone ergo substantiam aeream per discretionem: & dispone substantiam terream per humiditatē & caliditatem: donec conueniant & coniungantur sic q nec diuidantur nec discrepent. & tunc adiunge eis duas virtutes operatiuas scilicet aquam: & ignem. & tunc implebitur opus tuum. Quia si permiscueris aquam solam dealbabit. & si adiunxeris ignem rubescet Domino concedente.

## *Per alchimiam non uerè, sed secundum accidentia transmutari metalla, transmutandiq; secretum declaratur.*

Sciendum tamen q scire producere argentum & aurum verum est impossibile: quoniam non est possibile equiparari Deo

ri Deo altissimo in operibus suis proprijs. Sed cum declarata fuerint hec per accidentia ipsa comprehendentur sine impedimento. Hec est summa institutionum necessariarum. Conueniens est ergo negociari in accidentibus: quoniam cum iucrimus in ipsis directa via celatur dispositio corum. Accipe igitur auripigmenti partem: et pone in aceto donec albefiat. postea pone partem argenti viui et argenti: et commisce eum oleo ouorum: et pone in crucibulo. et si egreditur album sicut auis que vocatur in arabico achauo: et in hebraico peres. Laudetur Deus: si non reponas quoad conuertatur. et tunc pone partem super septem martis zus album: et erit laudabile. post accipe ex ros chasag: et facias comedere ex eo peres. quod vocatur achau in arabico: quousque conuertetur viride: et misce secum sciauzag. cera et omnia cum oleo ouorum: et pone ex zug super duo ex sole et luna in duabus partibus et erit laudabile.

## Adnotatio.

[1] *Caput hoc triplici nomine suppositititium esse iudico, primo nam duo uetustissimi codices istud non agnoscunt, secundo quia* Bonus Ferrariensis, *qui anno* Domini. 1338. *claruit, in sua* Margarita *sustinens librum de mineralibus esse* Aris: *inquit, quod & si eo in libro* Aristoteles *alchimiam negarit uelut iuuenis & inexpertus, tamen senex effectus eam subtilissime inquisiuit, & per antiquorum dicta, & ipsam cum ratione possibili perpendit ueram, & ipsa experientia habuit, & oculis uidit, & manibus tetigit, & ideo scripsit eam* Alexandro Regi *discipulo suo, libro* De *secretis secretorum, capitulo de lapidibus preciosis, eo modo quo antiqui* Philosophi *alij scripserunt, sed occulto, figurato, & uelato sermone, Immo totus*

*ille liber est uelatus, & mysticus: Quòd si hoc caput quo alchimia damnatur, non esset suppositum, quomodo diligens ille uir isthæc scribere ausus esset? tertio nam opinionis motiuum friuolum esse uidetur, agricola siquidem per artis principia, operante natura, triticum producit, uelut alchimista metallum: & tamen gloriosissimo Deo non ob hoc æquiparatur.*

## De confectione anuli miræ uirtutis.

Et facias anulus ex argento ⁊ auro puro: ⁊ ex acut rubeo. ⁊ sculpe in eo formam puellę discooperto capite exultantis ⁊ fortificantis ⁊ equitantis leonem: ⁊ salutent coram ipsa sex homines. in mane diei primi: ⁊ hora solis ⁊ sidere leonis: ⁊ sole in eo: ⁊ luna in gradu decimo coeli. quod vocatur seraph in arabico. ⁊ erit rethe a remotioribus ex eo. portantem hunc anulum honorabunt ⁊ voci suę obedient in hoc seculo ⁊ nemo euitabit in manu sua.

## De alchimia.

Et pater noster Hermogenes qui triplex est in philosophia optime prophetando dixit: veritas ita se habet ⁊ non est dubium ꝙ inferiora superioribus respondent: operator vero miraculorum vnus solus deus est: a quo dependet omnis operatio mirabilis: sicut omnis res creatur ab vna sola substantia vna sola dispositione: cuius pater est sol ⁊ mater luna: q̄ portauit ipsam per auram in vtero: terra tamen priuata est ab ea: hic dicitur pater incantamentorum: thesaurus miraculorum: largitor virtutis. ex igne facta est terra: sepera terram ex igne: qꝛ subtile dignius est grosso: ⁊ rarum spisso: hoc fit sapienter ⁊ discrete. ascendit. n. de ter-

ra in coelum: & ruit de coelo in terram. & interficit superiorem & inferiorem virtutem: sic ergo dominatur inferioribus & superioribus. & tu dominaberis sursum & deorsum: tecum enim est lumen luminum & propter hoc fugiunt a te omnes tenebrę. & virtus superior vincit omnia. Omne. n. rarum agit in densum sm dispositionem maioris mundi currit hęc operatio. & propter hoc doctor Hermogenes triplex in philosophia.

Adnotatio.

*Hic illud est adnotatu dignum, quòd hoc abditissimum Hermogenis uel potius Hermetis secretum in quodam uetustissimo codice, quem Neapoli diligentia nostri Anelli Turboli sum nactus, ab inuulgato haud parum diuersum iuueni. Ne autem desiderio naturæ arcana perscrutantiū in quo possum non satisfaciam, illud hoc in loco apponere decreui: est autem huiusmodi.*

*Pater Hermogenes triplex in philosophia, prophetando dixit. Verum est, sine mendacio, certum, uerissimum: Quod est superius, est sicut illud quod est inferius, et quod est inferius, est sicut illud quod est superius. Ad perpetrandum miracula rei unius. sicut omnia fuerunt ex una sola meditatione unius, ita omnia fuerunt nata ex una sola re, ordinatione ipsius. Pater eius est sol. Mater eius est luna. Portat eum uentus in uentre suo. Nutrix eius est terra. Pater totius cœlestini totius mundi hic est. Virtus eius est integra si fuerit uersa in terrā. Separabis terrā ab igne, subtile à spisso, suauiter cū magno ingenio: Ascendit lapis de terra ad cœlum, & iterum descendit de cœlo in terram, & recipit uim superiorem, & uim inferiorem, & ita habebis gloriam claritatis totius mun-*

ãi, & ã te fugiet omnis obscuritas. Hic est fortitudo totius fortitudinis Quoniam uincet omne subtile: & penetrabit omne firmum & densum: Sicut mundus creatus est, ita erunt in re ista adaptationes: & dispositiones mirabiles: cuius modus hic. Et ita uocatus sum Hermes, habens treis partes philosophiæ totius mũdi. Completum est, quod dictum est, in opere Solis & Lunæ.

## De uirtute quorumdã lapidum preciosorum.

Et de mirabilibus huius mundi est iste lapis qui pugnat cum aquis & ventis: vides eum assurgere super aquas quando currunt aquę cum uentis: & nascitur in mari mediterraneo: cuius proprietas est hęc: si accipis hunc lapidẽ & posueris eum in alio lapide: & tecum portaueris non est possibile q̃ aliquis exercitus possit durare contra te vel tibi resistere: sed fugiet precipitanter coram te.
Sunt etiam duo lapides preciosi mirabilis uirtutis: qui inueniuntur in locis tenebrosis: quorum vnus est albus: & alter rubeus: & reperiuntur in aquis salmaticis. eorum operationes sunt hec: albus incipit apparere super aquas in occasu solis: & permanet super faciem aquarum vsq̃ ad meridieratam noctis. & incipit descendere deorsum. & in ortu solis peruenit vsq̃ ad fundum. lapis vero rubeus contrariũ operatur: quia incipit apparere ab ortu solis vsq̃ ad horam meridianam & incipit occidere vsq̃ ad occasum solis. Horum lapidum proprietates sunt eę. Si suspenderis de lapide rubeo pondus dragmę in vno equo tui exercitus & qui exercitus tui non cessabunt innire donec auferas ipsum lapidem. Et operatio lapidis albi est per contrarium. quia nũquam innirer donec eum toles. vallent ergo multum ad insidias exercendas & ad opus exercitus. & proprietas istorum lapidum est hęc. Si duo litigauerint ad inuicem pona

tur lapis albus in ore alterius: si ei pertinet iusticia loquitur incontinenti: alioquin obmutescet quamdiu est in ore eius. lapis vero rubeus per contrarium operatur. Et ego determinabo tibi proprietatem lapidum ꝛ virtutes incantamenti in quibusdam in sequenti tractatu.

Dis ipsum est ex venenis ꝛ magnis: ꝛ non appâret in colore suo cum videtur neqꝫ in sapore cum gustatur: quia nõ est in eo amaritudo sicut in basilisco aut felle aut sicut syr aurei quod vocatur calas. inconueniens est igitur quod nõ sit prope te: quoniam ipsum est ex instrumentis bellicosis latentibus: quo expellis nocumentum in gubernatione tua sicut notificaui tibi.

At sustentamentum omnium istorum est bonum sydus radicale in quo natus es. ꝛ propter hoc non iuuabit alijs acuties neqꝫ exercitium. Seruies igitur primo viuenti in eternum: ꝛ cogita in futuro seculo ac si morereris cras: ꝛ idoneum est ꝙ facias res ciuiles ex anima viuuer sali: ꝛ thesaurizabis in ea particularem. ꝛ intellige in hoc sicut idoneum est scilicet ex signo magno.

Scias etiam ꝙ chimia est scientia que non est vera: nisi aratio ꝛ seminatio: ꝛ propter hoc erit amabilior oculis tuis. ꝛ ipsis perficies ꝛ videbis gubernationem tuam: ꝛ exaltabis potestatem tuam cum auxilio diuino.

Sed quoniam in lapidibus sunt proprietates memorandę: ideo recordabor virtutum secretarum eorum in quibus inuenies vtilitatem: ꝛ experimentum testatur super hoc.

Lapis bazar est nomen Persę ꝛ gubernatio impedimenti. quia stringit ventum. ꝛ est duorum colorum scilicet crocei sicut cera: ꝛ viridis sicut oliua. ꝛ inuentio sua est in terris zic: ꝛ ferunt ꝙ reperitur in felle basilisci. ꝛ preparant ipsum caliditate. propter hoc est tenuis tactu. proprietas ipsius est iuuamentum contra venena omnium vegetabilium ꝛ mineralium: ꝛ ex morsu animalium minutorum ꝛ punctura. ꝛ cum bibitum fuerit ex eo pondus granorum .xij. mortem vitat: ꝛ venenum extrahit per sudorem. Et qui porta-

uerit ipſum ligatum in anulo honorabitur ab omnibus hominibus: ⁊ ab omni aſpiciente. Et ſi pulueriʒetur ⁊ ſpargatur ſuper locum morſus animalis venenoſi. abſtrahit venenum. ⁊ ſi putrefieret locus: ipſum liberabit. ⁊ ſi pulueriʒetur ex eo pondus. ij. granorum ordei ⁊ liquefiat. ⁊ proijciatur in ore baſiliſci interficit eum. ⁊ ſi ſuſpenderis ipſum in collo pueri: qui nõ eſt paſſus malum caducum aut aliquod accidens: liberabit eum ab omni accidente.

Lapis margaritę: ⁊ ipſe eſt aliacur in Arabico eſt triplicis generis: rubeus: croceus: arenoſus. quilibet iſtorum ligatus in anulo: ⁊ ſuſpenſus collo intrãtis ciuitatem in qua eſt infirmitas tamen liberat eum ab infirmitate illa. margarita rubea in anulo ligata portantis cor fortificat ⁊ euʒ reddit honorabilem in conſpectu hominum. Et qui ſculpſerit in eo formã leonis: ⁊ fortuna leonis ⁊ ſolis ⁊ ſolem in ipſo ⁊ ſcientias elongauerit ab eo honorabitur multum. ⁊ peruenit ad res ſuas cito. ⁊ cito perficit voluntatem ſuam. ⁊ non uidet in lecto ſomnia timoroſa.

Zamrad eſt lapis: cuius proprietas eſt honorare portantem ipſum in anulo. ſedat dolorem ſtomachi cum ſuſpenditur: ⁊ a fortiori ſi tangat ipſum. ⁊ iuuat ad lepram quando teritur ⁊ bibitur. qui ligauerit eũ in anulo ⁊ ſuſpenderit anteꝗ̃ veniat dolor ventris liberatur ab eo.

Alchahat eſt lapis mollis ethiops ſplendens: ⁊ eius tactus eſt frigidus: ⁊ portans ipſuʒ non ſuperabitur ab igne neqꝫ cõburetur. ⁊ prodeſt ex omni ęgritudine calida augumentantem: accipiens. n. ipſum reperit frigiditatem multam: ⁊ proſpicitur ab eo ſic ꝙ non poteſt auertere oculum ab eo. ſi quis igitur portauerit ipſum in loco euidenti exaltabit ur in oculis hominum: ⁊ honorabunt ipſum. ⁊ nõ poteſt homo preliari cum habente ipſum in manu: ſed miratur cũ aſpicit ipſum. pp quod operaberis in eo ſicut facis in ſecreto quod notificaui tibi.

Amatiſtes eſt piram in arabico ⁊ eſt lapis quo magni reges honorantur ⁊ theſauriʒant ipſum in theſauris ſuis. ⁊

proprietas eius magna est et non est homo potens occidere accipientem ipsum. et ex nunc non est visus in manu hominis occisi. et cũ pulverizetur et potetur ex eo, liberat a morsu scorpionum et animalium minutorum punctura et serpentum occidentium.

O Alexander hoc sufficit tibi ex lapidibus et si intelliges in eo et aspicies: Deus per misericordias suas faciet te prosperari in eo quod petijsti ex me.

## De uegetabilibus

O Alexander tu plene novisti ex precedentibus tractatibus ubi tractavi tibi de naturalibus et secretis creature: quod gradus et dispõ plantarum est post gradum et dispositionẽ mineralium sm essentiam: et quod recipit propriam formam sm suam originem et naturam a superioribus naturis. s. vincentem et dominantes in eo. Et vincens in plantis est aquea natura: et in mineralibus lapidibus vincens est natura terrea. recipit ergo natura plantarum de natura aquarum extensionem: sicut idem recipit aqua per motum et impulsionem ventorum in suo loco: et sicut aqua est diversarum figurarum: quia in ea multe sunt figure. sic accidit et in plantis omnes figure reperiuntur in plantis. cum itaque vincens in plantis sit aqua et non extenditur nisi per diffusionem: et cum operator dissolutionis aquarum sit perpetuus incessanter operans in suo coelo videlicet mercurius. quoniam universaliter verum est quod unus quisque planetarum regit et disponit quod convenit et assimiliantur sue nutui ę: verbigratia. Saturnus tenet terram: Mercurius aquam: Juppiter aerem: Sol ignem: et non reperitur hec convenientia in planetarum corporibus: sed in operationibus: quas semper habent continuas et perpetuas per virtutem superiorem universalem: que est super omnes virtutes istarum operationum. et hic non est locus ad demonstrandũ de his arduis.

Sed ideo feci mentionem quia necessarium et nimis utile est tibi propter sequentem tractatum: in quo determinabimus de speciebus et individuis quorundam vegetabilium plantarum. Cognitio ergo proprietatum istarum rerum spectat ad philosophos: cognitio vero operationum naturalium rerum spectat ad medicos. Et volo tuam prudentiam non latere: quod omne carens lumine de numero vegetabilium: a saturno regitur: et ei attribuitur. et omne vegetabile quod est floridum et luminosum a Mercurio regitur et ipsi tribuitur. et quicquid vegetabilium est floridum non ferens fructum marti attribuitur: et per ipsum regitur. Omne vero vegetabile floridum et fructuosum soli attribuitur et per ipsum regitur. Deinde compone et coniunge has divisiones et dicas omne vegetabile ferens fructum non florescens sicut est Arbor palme attribuitur saturno et soli. et omne floridum non ferens fructum creatur a mercurio et marte. Item quedam vegetabilia sunt per ramos quedam per semina: et quedam sine semine nascuntur. et sine plantatione: patet ergo luce clarius ex predictis: quod quelibet species vegetabilium habet dispositionem propriam: qua complexionatur et imitatur virtutem unius planete: et assimilatur ei vel attribuitur: et habet aliam proprietatem qua assimilatur et attribuitur virtuti duorum planetarum vel plurium: secundum quod potest suscipere. et iuvat unam quamque proprietatem id quod ei attribuitur .s. illa virtus naturalis que disponit illam speciem sicut in colore odore et sapore et figura: et anima naturalis colligit omnes istas proprietates et virtutes naturales: quoniam concurrunt ab ipsa et imitantur per eam: et facit ea durare per tantum tempus: quantum diffiniunt et designant ex sua virtute. quia non est actus sine motu: neque operatio sine termino et sic invenies quandam speciem vegetabilium nocivam: et quandam sanativam: et quedam species generat letitiam: et quedam gaudium: quedam facit amorem: quedam odium: et quedam ferentibus ipsam tribuit reverentiam et honorem. quedam abiectionem tribuit et contemptum: et quedam videre

dere

dere facit falsa somnia: quedam verissimas visiones: quedam generat probitatem et fortitudinem: quedam pigritiã et debilitatem: quedam sanat corpora a venenis mortiferis quedam corrumpunt corpora & ferunt mortem. & ego faciã tibi mentionem de his omnibus speciebus cum argumentis & probationibus manifestis.

Adnotatio.

*A planetis ne dum plantas, sed etiam lapides quinimmo animalia ipsa regi, mirasq; uirtutes accipere, Proclus inter alios, pluribus declarat inter reliqua autem narrat quosdam ferre gallum timeri à leone, quamplurimũ & quasi coli, cuius rei causam à materia sensuue assignare non possumus, sed solum ab ordinis superni contemplatione. Quoniam uidelicet præsentia solaris uirtutis, conuenit gallo magis q̃ leoni, quod & inde apparet, quia gallus quasi quibusdam hymnis applaudit surgenti soli, & quasi aduocat quando ex Antipodum medio cœlo ad nos deflectitur, & quandoq; nonnulli solares Angeli apparuerunt formis huiusmodi præditi, atq; cum ipsi in se sine forma essent, nobis tamen, qui formati sumus, occurrere formati. Non nonquam etiam dæmones uisi sunt solares leonina fronte, quibus cum gallus obyceretur, repente disparuerunt. Multa etiam à Michaele de Erulo in sua medicinali summa, quæ apud nos uetustissima seruatur, hanc ad rem spectantia recensentur, inter cætera autem illud habetur. Quòd talpa datur soli à quo habet acute uidere quod uidetur incredibile esse, Ego uerò experientiã uidi & calculorum consideratione cognoui, q̄ oculos habet minimos undiq; pilis coopertos, ut à terra non leda*

*tur, quam perferat semper, & nisi acute inspiceret non uideret propter pilorum multitudinem, quod si quis diligenter inquisierit, inueniet uerum esse.*

## De nouem speciebus uegetabilium mirabiles uirtutes habentibus.

Illa quidem species vegetabilium que generat reuerentiam et honores: est quedam arbor habens folia conuoluta: folium eius est rotundum; et fructus similiter: virge ipsius arboris sunt humide: et odor suauissimus. Qui ergo euellit ipsam in suo nomine: et portat secum: pro certo sibi acquirit honorem et reuerentiam.

Est alia arbor que surgit in longitudinem vnius brachii habens folia longa: humida: habentia in se lineas albas: qui quidem portauerit de substantia ipsius arboris exaltabitur.

Est alia arbor habens folia sua ingentia: et cuius palmites extenduntur supra terram: cuius odor bonus. Qui istam secum portauerit erit letus: probus: et audax: cum isto non est bonum luctari vel litigare vel pugnare: quoniam suus aduersarius semper succumbet coram eo: et ipse in suis operationibus triumphabit.

Et de speciebus arborum quedam est que habet cuspides et plantam: habet folia oblonga: et ammittit sua folia antequam faciat flores: et habet tres flores oblongos rubeos suauis odoris. qui ipsos flores comedit: accidit ei gaudium atque risus. Qui vero euellit eam cum stipite et folijs: et fugit florem cogitando de aliqua persona foeminea; facit eam succedere in eius amorem.

Et alia herba que vocatur androsinon: que nascitur in terra Assirie: et est completa habens folia sicca: et parua nimis: et semina nimis parua: rotunda: et intrinsecus alba. Si ergo tu sumpseris. vij. grana de seminibus in nomine alicuius

per fonte: ₇ triueris ea in nomine eius in ortu luciferi vel veneris: ita ꝙ radij eorum tangant ipsam: ₇ si dederis ei bibere illa. vij. grana aut comedere: permanebit timor tuus in corde suo: ₇ semper obediet tibi toto tempore vite sue.

Et de speciebus plantarum est quedam planta: que generat langorem: cuius cuspis plantatur: cuius palmites extenduntur per vnum brachium: cuius flores sunt albi precedentes folia: non ferentes fructũ: proprietas eius est martis ₇ mercurij: eius natura est ignea ₇ aerea: qui portat hãc herbam secum nunꝗ̃ illo tempore erit sine langore donec reiciat eam.

Est etiam de genere plantarum quedam species sanatiua: cuius semina seminantur: cuius rami sunt quadrati: cuius folia sunt rotunda: cuius flores sunt coelestis coloris: cuius semina sunt rubea: cuius odor suauis hñs bonum effectum: qui biberit ex ea vel odorauerit eius odore: sanabitur de cataro: vel melancholia: ₇ de sollicitudine: timore: ₇ frenesi ₇ de multis alijs infirmitatibus.

Est etiam alia planta que dicitur fertilidon: cuius proprietas est generare hodium: ₇ contemptum.

Et alia planta que dicitur natanifon alias nathafon: ₇ hec est validissima ad amorem ₇ reuerentiam acquirendã.

O Alexander perfeci tibi quod promisi: ₇ solui plena solutione. Esto ergo semper virtuosus: ₇ deus gloriosus te dirigat: tegat: ₇ custodiat: cuius bonitatem omnis percipit creatura.

## De iustitia, & eius commendatione.

Iusticia est conditio laudabilis de proprietatibus altissimi gloriosi simplicis: vnde etiam regnum debet esse eius: quem deus elegit ₇ constituit super seruos suos: cui committenda sunt negocia ₇ regimina subditorum: qui debet speculari ₇ defendere possessiones suas: ₇ diuitias: ₇ sanguinem

subditorum: ⁊ omnia opera eorum: sicut deus eorum. ergo in hoc assimilandus est deo. ⁊ ideo oportet regem assimilari: ⁊ imitari altissimum in omnibus operibus suis. deus vero est sapiens atq; sciens: ⁊ eius preconia gloriosa: ⁊ nomina eius sunt in ipso: ⁊ magnitudo domini eius maior est: ⁊ supra comendationem. Ergo sapientia est contrarium iniusticie: ⁊ eius oppositum est iusticia. In iusticia extiterunt coeli ⁊ constituti sunt super terram. In iusticia etiam missi fuerunt prophete sanctissimi iusticia est et forma intellectus: quā creauit deus gloriosus: ⁊ perduxit creaturā suā ad ipsum: ⁊ per iusticiam edificata est terra ⁊ constituti sunt reges: ⁊ obediunt ⁊ domesticantur subditi terribiles: ⁊ appropinquant rectum: ⁊ saluantur anime: ⁊ liberantur ab omni vitio: ⁊ erga rege suos ab omni corruptione. Et pp hoc dixerūt Indi: iusticia regētis vtilior est subditis: q̄ fertilitas temporis: ⁊ adhuc dixerunt: dominator iustus melior est q̄ fortissima pluuia serotina. Et fuit inuentum scriptum in vno lapide ī lingua chaldea: ꝙ rex ⁊ ītellectus sunt fratres alter altero indigēs: nec suffīcit vnus sine reliquo. ⁊ oīs res in vniuerso creatur a iusticia. ⁊ ipsa est causa intellectus: q ponit in esse eius essentiam ⁊ operationem: ⁊ ipse est actus eius: ⁊ ipse est rectus iudex. Ergo essentia iusticie ⁊ radix eius est intellectus: ⁊ ipse est operans ⁊ deducens eam: adhuc ipse est eius: potentia ⁊ operatio: ⁊ ipse est eius intētio: ⁊ ipse speculatio sciētie: ipse iudex operans ⁊ recipiens id quod peruenit ex actu in eo quod recipit: ⁊ est iusticia. Apparet ergo ꝙ iusticia est duplex manifesta: ⁊ occulta: manifesta q̄ manifestatur ex actu opperante super condictionibus est recta iusticia ponderata ⁊ mensurata per ipsum intellectum: ⁊ iudiciū ex ista sortitur nomen. Occulta vero: est fides seu credulitas iudicis operantis opera sua: ⁊ certitudo ac confirmatio suorum dictorum. Ergo apparet vt prediximus: ꝙ rex assimilatur ī iusticia simplici glorioso altissimo. Et propter hoc conuenit: vt sit firmus in omnibus operibus suis proprijs ⁊ cōmunibus. Cum ergo declinat a

propria vel cõmuni iusticia: non est iusticia dei ⁊ voluntas altissimi eius in his. ⁊ ꝙ credat totaliter in hoc: qꝛ per eius fidem consequitur legem: quod est perfectio dominij ⁊ ꝑut apparebit ex operibus suis complectitur corda subditorum .i. prout apparebunt opera sua: sentient opera subditorum de ipso. ⁊ iudicabunt subditi de ipso: ⁊ proprietas ⁊ cõmunitas sunt in diuersis gradibus: ⁊ transgressiones iusticię in eis differunt: ⁊ iusticia est nomen relatiuum ad aliquid dictum: ⁊ correctio iniurię: ⁊ rectitudo staterę: ⁊ formę mensurę est nomen collectiuum spectans ad curialitatẽ: ⁊ mõs largitatis ⁊ ad operatiões largitatis ⁊ bõitatis: iusticia aũt diuiditur in duas partes. est enim iusticia quę pertinet ad iudicium apud iudices: ⁊ est iusticia pertinens ad hominem in raciocinio sui ipsius in his quę inter se sunt ⁊ creatorem suum. ergo statuẽ in his quę sunt inter te et populum. s. cõmensurationes morum: ⁊ sedes regnorum. Et ego exemplificabo tibi formam laudabilem: sapientiam physicam valde caram: quę demostrabit tibi quicquid est in hominibus vniuersaliter: quę complectitur regimen subditorum: et demonstrat gradus eorum: et qualitates: et radices eius: ⁊ qđ oportet habere de iusticia in quolibet gradu: diuiditur enĩ in duas circulares sphęras: et quęlibet diuisio vnus est gradus. incipe ergo a quauis diuisione: et dabitur tibi id quo nihil est preciosius: vꝫ circulus firmamenti: a quo sunt ordĩnationes siue regimina vniuersa in superioribus et inferioribus. et ad conseruantiam huius mundi visum est mihi tali modo debere incipere in mundo: et hęc est vtilitas huius libri et hęc est figura eius.

Mundus est ortus seu viridarium: eius materia seu species est iudicium. Judiciũ est dominator vallatus lege. Lex est regimen quo rex regit. Rex est pastor qui defenditur a proceribus: proceres sunt stipendiarij sustentati pecunia. Pecunia vero est fortuna quę colligitur a subditis. subditi autem serui: quos subiicit iusticia. Justicia vero est quod perse intenditur: in qua est salus subditorum.

## De exitu rerum in esse, & ordine.

Scias q illud primum quod formauit altissimus glorio sus est substantia simplex spiritualis in fine perfectionis & complementi & bonitatis: in qua est forma omnium rerum: & nominatur intelligentia: & deinde de illa substantia exiuit alia substantia minor in gradu suo quę vocatur anima vniuersalis: & progressa est ex illa anima alia substantia quę vocatur hyle ante commensurationem quę attenditur in longitudine latitudine & profunditate: in qua factum est corpus simpliciter. Corpus ante figuram nobilissimaz quę superat omnes figuras & est anterior comparatiue & antiquior: & remansit in loco vno spirarum: & planetarum id quod purius fuit ex eo: & quod fuit simplicior primo. prior ergo sphęra circundans vsq ad terminum sphęrę lunę.

## De motu & situ cœlorum.

Et nouem sunt coeli vnum infra aliud infra se inuicem prior ergo & superior sphęrarum: est spęra circundans Deū ipsum sphęra siderum. Secunda postq iam sphęra est Saturni: & sic vsq ad sphęram lunę: infra quam est sphęra ęlementorum quattuor: quę sunt ignis: aer: aqua: & terra. Ergo terra est medium omnium ęlementorum & est depressior substantia inter corpora & spissior substantia rationabiliter: & post q̃ ordinatę fuerunt istę sphęre quędam in quibusdam in se ipsis: sicut dictum est: iuxta sapientiam & dispositionem simplicis gloriosissimi. in dispositione mirabili & pulchritudine ordinatissima: & motę sunt sphęre circulariter in suis partibus & planetis super ęlementa quattuor: & vicissitudinātur super ea dies & nox: ęstas & hyems: ęstus & frigus. Commixta etiam sunt quędam cum quibusdam & contemperatum est rarum cum denso: & ponderosum cum eo quod est lęue: ę calidum cum frigido: & humidum cum

ficco. et tunc composita: sunt ex eis longitudine temporum vniuerse species compositorum corporum: que sunt originalia; vel semina: siue minera: et vegetabilia: et animalia. sunt ergo originalia composita quicquid congelatur in visceribus terre: et in profundis marium: et in concauitatibus montium et fumositatibus inclusis et ex vaporibus ascendentibus et ex humiditatibus congelatis: et in concauitatibus cauernarum: in quibus aer terreus magis dominatur. sicut aurum: argentum es: et ferrum: plumbum: stanneum: et lapides margarite: corallus: tutia: vitriolum alumen. et his similia que videntur et cognoscuntur. animal vero est omne genus quod mouetur et sentit et transit de loco ad locum per se ipsum et aereitas in eo dominatur magis. vegetabilis vero compositio nobilior est minerali. animal vero nobilius est in compositione quam sit vegetabile. homo vero nobilior est in comparatione animalium vniuersorum et igneitas magis in eo dominatur. Et conuenerunt in eius compositionem omnia et vniuerse res: que reperiuntur in viuentibus et simplicibus et compositis. quoniam homo est ex corpore denso: et commensurato: et anima simplici spirituali substantia.

Te ergo oportet si tu es sciens super scientias et veritatem entium existentium: quod tu incipias in primis a cognitione tue anime: que propinquior est tibi ceteris alijs. demum post hanc: habere scientiam aliarum rerum.

## De ortu animæ.

Scias ergo quod anima vniuersalis est vis spiritualis orta ex intelligentia: voluntate diuina: et habet duas vires currentes in corporibus: sicut lumen solis in partibus aeris: vna quarum virium est signum: secunda vero operans: quam illustrauit gloriosus Deus. vij. virtutibus: que sunt vis attractiua: retentiua: digestiua: expulsiua: nutritiua: informatiua: et vegetatiua: operatio ergo huius vis vegetatiue in cō

positione corporis humani est in receptione spermatis in vulua: & in eius dispositione durat per. vij. menses. & postquam perfecit hoc tempus: quod mensuratum est ab altissimo glorioso & sublimi: tunc transmutat ipsum alia anima sensibilis de ipso loco usque ad egressionem: suam & habitaculum: & acquirit aliud regimen usque ad complementum quattuor annorum: deinde reddit ipsum virtuti rationali: quę immutat naturam sensibilium: & tunc acquirit aliud regimen usque ad complementum. xiiij. annorum: & tunc additur vis intellectiua denunciatiua figurarum: similitudinum & interpretationum sensibilium. & acquirit aliud regimen usque ad complementum. 30. annorum: tunc aduenit vis iudicialis seu philosophica: quę speculatur formas intellectuales: & tunc acquirit aliud regimen usque ad complementum annorum 40. Et tunc accidit ei virtus regia & voluntaria: & habet tunc aliud regimen usque ad complementum. lx. annorum: & tunc venit virtus legalis planatiua originalium: & acquirit inde aliud regimen usque ad finem vitę. Si ergo anima perfecta & completa est ante separationem eius a corpore: recipitur a virtute animę vniuersalis: & sublimatur per ipsam & deducitur usque ad supernam perfectionem: & tunc acquiritur aliud regimen donec veniat ad circulum seu firmamentum intelligentię cui bene complacuit. Si vero nondum perfecta fuerit anima: dilabitur usque ad abyssum infernorum: deinde recipit ad regimen ex capite sine spe placendi.

## De formatione hominis.

Quando ergo creauit Deus altissimus hominem: & fecit eum nobilissimum animalium ei pręcepit: & prohibuit: puniuit: & remunerauit eum: & constituit corpus suum ciuitatem quandam: & eius intellectum regere in ipsa: collocauit eum in nobiliori loco ipsius hominis & superiori: qui est caput. Constituit etiam baiulos. v. regentes ipsum: & pręsentantes

ei quę-

et quecumque sunt sibi necessaria: et ea quibus iuuatur: et cu stodientes eum eminus: et cominus ab omni quod est sibi nocibile: et non habet existentiam nec perfectionem nisi per ipsos: et constituit cuilibet istorum .v. baiulorum seu sensuū iudicium proprium: quo differt et separatur ab alijs compa gibus: et modum proprium quo ei communicat aliquis alio rum: et generatur ex conuenientia et collectione iudiciorum essentia et perfectio suorum operum: ergo quinque baiuli sunt quinque sensus: qui sunt in oculo: in aure: in naso: in lin gua: et in manu.

## De uisu.

Sensata ergo oculi: sunt visibilia: que sunt .x. species: vi delicet lux: et tenebre: color: et corpus: figura: et situs: remo tio: et propinquitas: motus: et quies.

## De auditu.

Sensata vero auris seu auditus sunt soni: et eorum due sunt species: animalis: et nō animalis: sonus animalis est du plex: rationalis: et irrationalis. rationalis vero pertinens est ad naturam humanam et loquelam: irrationalis vero so nus sicut mugitus bouis: hinnitus equi: et garitus auium: et his similia. sonus vero non animalis vt fragor arborum: collisio lapidum: et his similia. quibus non inest vita: sicut tonitruum: tympanum: et fistula. Scias ergo quod quelibet vox est in ordine suo vniuerso quando mouetur aer deferēs ipsam: et mouetur cum ea ipsa spiritualitas nobilis: ita vt non misceatur pars in parte: donec perueniat vsque ad vlti mum apud sensum auditus: tunc defertur per ipsum ad vir tutem imaginatiuam.

## De gustu.

Sensatum linguae est per viam gustus ⁊ saporis: ⁊ sunt nouem species: dulcedo: amaritudo: salsedo: vnctuositas: acetositas: insipiditas: ponticitas: stipticitas: ⁊ acuitas.

## Adnotatio.

*Pontici saporis species in uulgatis codicibus non recensebatur, nos autem apposuimus eam, tum uetustissimi codicis fidem sequuti, tum quia secus ab auctore octo recenserentur, cum tamen nouem esse dicat. Sed obijciet quis, si nouem hic esse affirmat, quomodo in libro de sensu & sensili septem esse dixit? An quia obesum, quem hic untuosum appellat, cum dulci coordinauit, insipidum uero (si cum illorum nullo complexus est) uelut saporis priuationem quandam omisit. Pro hoc negotio Plinium uidere in .15. decem saporum genera proferentem, & Conciliatorem differentia. 145. nonnulla de saporum distintionibus declarantem, haud inutile puto.*

## De tactu.

Et sensus qui est in manu est vis tactiua seu palpatiua: ⁊ cursus eius est in calido ⁊ frigido: aspero: ⁊ leni: ⁊ humido ⁊ sicco: ⁊ est uis contenta inter duas pelles: quarum vna est in superficie corporis: ⁊ alia in eo quod spectat ad carnem.

## *Quomodo sensatorum species deferantur ad imaginatiuam & cogitatiuam.*

Quando ergo acquisitus est quilibet istorum sensuum: quos deus contulit huic regioni oriuntur ex radice cerebri pel

les subtiles leues sicut telę aranearum: q sunt quasi velamē z cortina huic regi: cum ergo presentatur id quod habet quilibet sensus: z peruenit illud vsq illas pelles quę sunt in ipsa substantia cerebri: congregantur tunc vestigia sensatorum omnium apud virtutem imaginatiuam: quę repręsentat ea virtuti cogitatiuę: quę est in medio cerebri: vt speculetur ea: z colligat: ac studeat in earum figuris z exemplis: vt cognoscat in eis nociua z iuuatiua: z vt operetur iuxta mensuram: quę prouenit ei ex illis.

## Sensus quinq;.

Constitutio ergo z eristētia corporis eristit in his quinq sensibus prenominatis. perfectio ergo cuilibet rei est in quinque rebus: planetę ergo super quos circulariter mouentur sphęrę sunt quinq: z genera animalium sunt quinq: scilicet homo: volatile: aquatile: gressibile: z quod serpit super ventrem: z quinq sunt sine quibus non proficit aliqua planta: quę nascitur ex terra nisi concurrant z conueniant in ea: z sunt: stipes: rami: folia: fructus: z radices. Et quinque sunt toni musicales: z si quinq non essent non perficeretur cantus consonanter. z quinq sunt dies nobilissimi de vniuersis diebus anni: in vltima parte maij.

## De consiliariis.

Sint ergo baiuli tui quinq: z consiliarij quinq in compositione operum tuorum: z quilibet sit per se separatus: q tunc vtilitas est tuis operibus. Reserua ergo tuum secretum: z ne incipias eis dicere quod habes in corde tuo: z ne ostendas alicui eorum electionem consilij apud quod es: z non innuas eis: q velis mendicare consilium: quia tunc contemnent te. Tempera in animo tuo eorum voluntates: sicut

facit cerebrum et eis habens que proueniunt ei de sensibus: declina eorum consilijs: in eo quod contrariatur voluntati tue. et propter hoc dixit Hermes quando fuit interrogatus. Quare iudicium eius qui dat consilium melius est iudicio querentis consilium? Respondit: quia iudicium querentis consilium expoliatum est a voluntate: et hoc est verbum verum. Quando igitur congregabis eos pro aliquo consilio dando in tua presentia: non comiscearis aliud consilium eis. Audias ergo in quo conueniunt. Si ergo festinanter respondeant et concordanter et cito: tunc resiste eis in hoc. et ostende eis contrarium. ut prolongetur eorum cogitatio: et retardetur ad vltimum in consilio cogitatio. Quando ergo perceperis veritatem et rectitudinem consilij in verbis eorum: vel in verbis alicuius eorum: fac eos quiescere: et non manifestes eis vel ostendas: in quo voluntas tua quiescat: donec egrediatur in actum: et experientiam. et considera subtiliter et diligenter: quis magis ducit ad rectitudinem consilij: et iuxta mensuram amoris quem habet erga te: et desiderium in prosperitate tui regiminis. Recipe ergo consilium. et caue ne preponas eorum alterum alteri: et equa eos in donis et gradibus in omnibus operibus suis. Quid enim est magis causa destructionis operum regni in prolixitate dierum et temporum: quam exhibere maiorem honorificentiam quibusdam baiulorum super quosdam? Et non est inconueniens sumi: si salubre est: consilium iuuentutis. Et ego dico: quod iudicium imitatur corpus. Quando ergo debilitatur corpus: debilitatur iudicium.

## De genesi consideranda.

Et consideranda est genesis in quibusdam: quia generatum sepe disponitur secundum naturas planetarum: qui sunt in regimine sue geneseos. Et si forte contingat: quod genitores geniti doceant ipsum aliquam artem: natura superio

rum retrahet eum multotiens ad artem sibi conuenientẽ.
Nam simile huic accidit quibusdam hominibus: qui conuẽnerunt in quandam villam: et hospitati fuerunt apud quendam textorem: cui natus est filius illa nocte: cuius genesim hospites acceperunt: et ordinauerunt eius planetas: fuit ergo genesis in Venere et in Marte in gradu suo existente geminis cum libra. Sydera vero contraria et pessima nondũ erant orta: ostendit ergo genesis: quod puer futurus erat sapiens: curialis: velocis manus: boni consilij: diligendus a regibus. Occultauerunt ergo hoc celantes a patre. creuit ergo natus in prosperitate. et tradiderunt hunc genitores et ac niri sunt vt disceret aliquam artem de operibus suis. Sed ex toto nihil potuit ex eis adiscere. Verberantes autẽ ipsum et flagellantes grauissime exposuerunt ipsum voluntati suę. inclinauit ergo se iuuenis ad homines possidentes disciplinam: acquisiuit scientiam: cursus sciuit et tempora supercęlestium: et mores ac regimina regum. Et ecce factus est baiulus regis. Contrarium huic accidit ex mirabilibus operibus et dispositionibus planetarum et naturis eorum: id quod euenit in duobus natis regis Indię facta comparatione ad genesim. Sed occultum fuit regi. Quando ergo creuit vnus puerorum credidit rex informare eum scientijs: misit ergo eum per Indiam et per alias prouincias honorifice: sicut decet filium tanti regis. Sed nihil profuit diligentia patris: quia non potuit inclinare naturam suam nisi ad fabrile artificium propter quod turbatus est rex valde. Conuocauit ergo sapientes sui regni: qui requisiti conuenerũt oẽs in hoc: quod natura pueri ducebat ipsũ. Factũ ergo ita: et multotiẽs accidit huic simile: sicut satis ẽ cognitũ.

*Homo paruæ staturæ non est cotemnendus: quantiq; à Rege probi & sapientis consilium est faciundum.*

Noli ergo contemnere paruam staturam in hominibus & quos videris diligere scientiam & abundare in via sapientie: & morum: & declinare ac vitare semitam vitiorum: tales dilige & habeas iuxta te. & tunc precipue quando videris ipsum exercitatum animum suum in his virtutibus: talis enim consueuit esse bone eloquentie: morigeratus: curialis: historias sciens eorum qui nos precesserunt de gentibus. Non preponas aliquid faciendum: neque postponas absque eius cõsilio: dilige eius societatem: quia talis diligit veritatem: & quod decet regiam maiestatem consulit: & remouet contrarium: firmus est in animo: cõstans in corde: fidelis: rectus in opere: & bonus subditis: scias ergo hoc. tale. n. consilium letificat baiulos: & ordinat regimen regis: nec facias aliquid preposttere preponendo postponenda: & postponendo preponenda: nec penitus ages sine consilio philosophorum. philosophi enim dixerunt quod consilium est oculus futurorum.

## Quomodo a baiulis consilium est petendum.

Et in libris Persarum legitur: quod quidam rex eorum quesiuit consilium a suis baiulis super quodam facto secreto valde: quod reuelatum fuerat cuidam regine dilecte ab eo. Respondit ergo vnus eorum. non oportet quod rex querat a nobis aliquod consilium super aliquo facto vel secreto: sed separatim querat a quolibet secretum suum: quia in secretis suis talia reuelantur vni: que non coram pluribus dicunt: perficio ergo & dico: quod non oportet hoc fieri in omnibus operibus: immo conuenit quod fiat hoc cum discretione. Conuenit etiam quod vocentur ad presentiam vestram in prosperitatibus suis in ligando & soluendo sicut prediximus. Quoniam quidam antiquorum philosophorum dixit quod regis sapientia augumentabitur per consilium baiulorum: sicut augumentur equor per receptionem fluminum & aquarum: & multa poterit acquirere per prudentiam & consilium: que

non poterit habere per potentiam bellatorum. Et in libro cuiusdam medorum mandatum est filio suo: fili necessarium est tibi habere consilium: quoniam vnus es in hominibus. Consule ergo illum qui poterit liberare a potentia: et noli parcere inimico: sed quantuncunque poteris in ipso tuam victoriam manifesta: et in quolibet tempore caue tibi a potentia inimici.

Adnotatio.

*Nimis inhumane precipere uidetur, dum inimicis, de quibus habita est uictoria, parcendum non esse iubet. Tutius itaq; Christicola illud amplectatur, quod ab operis principio Autor expromebat Alexandro dicens, quòd nolit esse crudelis ad parcendũ his, de quibus uictoriã habuit.*

## De proprio consilio, quòd baiulus non est in Regis loco constituendus: De numero baiulorũ, & de ternario, & septenario.

Nec abundantiam sensus tui ponas in tui credulitate: nec altitudo tui status in temet ipso impediat: quin semper agreges tuo consilio consilium alienum: quoniam si placet et est vtile: est amplectendum: et tuum semper remaneat apud te. Si vero discrepat a tuo arbitrio: tunc est tuum cõsiderare: si est iuuamentum et vtile super eo quod tu cõsiderasti: amplectere ipsum: et si est inutile: abstine ab eodem.

Sollicite et diligenter moneo et do tibi optimum consiliũ nunquam constituas baiulum in regimine loco tui. Quoniam eius consilium potest destruere et corrumpere regnum tuũ subditos: et proceres tuos: et incedere proprijs vtilitatibus: et excogitare declinationem tuam. et multa alia que longum esset enarrare. Si vero non occurrent tibi quinque baiuli qui

placeant sicut prędiximus: sint saltem treis & nõ minus: quoniam maximum bonum prouenit ex hoc scilicet ex tribus: quia nisi tertium esset: nihil penitus nosceretur. Primum ergo super quo sunt omnes res est trinitas: & per quinarium mediantur: per. vij. perficiuntur. q2 septem sunt coeli: & vij. sunt planetę & circuitus lunę septenarius: & septem sunt dies potionis siue medicinę: & dies periodi sunt septem: & multa alia quę spectant ad septemnarium numerum: quorum enumeratio esset longa.

Adnotationes treis.

*Prima.* *Numeris quandam pollentiam inesse, & superius qu narium, & hic ternarium & septenarium, ac etiam inferius quaternarium extollens innuere uidetur, An uerò hæc sit uirtus quædam actiua ipsius numeri spetiem insequens, An uerò potius sit specifica perfectio qua numeri spetiem species excedit (quam etiam Autores obseruant, non uelut aliquid effitientem, sed ad hoc, ut inter numerum & rem numeratam proportio sit, perfectiori siquidem numero perfectiores res numerari congruum est) quæstio est non parua. Mirandulanus etenim Princeps in sua apollogia actiuam uirtutem esse contendit. At Suessanus in ultima Dilucidarij, & Petrus Ingarsias Vssellensis Episcopus in suis magistralibus determinationibus Pici opinionem demoliri conantur, à quibus Zimara in sua tabula haud quaq; discedere uidetur.*

*Secunda.* *Trinitatem esse primum super quo sunt omnes res non immeritò Autor asseuerat, Trinitatis etenim maxima perfectio ex multis colligi posset. Parcarum siquidem numerus ternarius est, treis sunt terræ partes principales, Ratiocinatio tribus terminis conficitur, triplex*

*propo-*

*propositionum materia, totuplex etiam ratiocinationum figura atq; mixtio, ternarius insuper numerus in seipsum multiplicatus, Beatitudinum numerum complet, animatorum genera tria, trina est & terminata & interminata dimensio, trinitatem uatum Præcipuus Maro mirum in modum extollere uidetur cum ait.*

*Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore*
*Licia circundo, terq; hæc altaria circum*
*Effigiem duco.* Et item
*Necte tribus nodis, ternos Amarylli colores.*

*Vnde non immeritò Pythagorici (Aris. etiam teste) omnia tribus determinari affirmant, quod & ratio suadet: hic etenim numerus finem, medium, & principium amplectitur, Sed quid in his immorari oportet? Deus Opt. Max. cuius omnia plena, ne dum unus in essentia, sed etiã trinus in persona (ut est) ab ecclesia canitur.*

*Tertia. Et si superius nouem cœlos esse dixerit, hic uerò septem affirmet, non tamẽ ob hoc aliqua est contradictio, ibi nempe de omni loquitur cœlo etiam elementari (nonum. n. quod supra octauum est, Aristotel tempore erat ignotum) hic aũt, solum de his, qui proprio motu ex occidente ad orientem ciuntur, sermonem habet.*

## Experientia circa baiulos.

**Et vnum ex quibus temptare poteris baiulum tuum est: ꝙ ostendas ei te indigere pecunia. Si ergo inducet te ad stributionem eorum que sunt in thesauro tuo: ⁊ ostendat hoc esse expediens: Scias ꝙ nullum caput pretij ponit in te. Et si inducat te ad rapiendum pecuniam subditorum:**

erit corruptio regiminis: ⁊ odient te vltra modum. Si vero exponat tibi: quod habet: ⁊ dicat: hoc est quod ex gratia ⁊ dnio vestro acquisiui: offerens ipsum tibi. Iste est merito cōmendandus: ⁊ omni laude dignus: vt pote eligens ⁊ volens confusionem sui operis pro tua gloria. Temptabis etiam baiulos tuos in donis ⁊ muneribus faciendis: quem ergo illorum videris conari ⁊ intendere super his vltra modū: nullum bonum speres in eo: ⁊ ille baiulus qui anhelat pecunię acquirendę ⁊ thesauris obseruandis: non confidas in eo qꝛ seruitium est propter aurum: ⁊ dimittit pecuniam currere cum sensibus hominum. Et ipse est profunditas sine fundo: ⁊ non est in eo terminus siue finis: qꝛ quanto magis crescit pecunia: crescit intentio acquirendi ⁊ sollicitudo: ⁊ hoc in baiulo est causa corruptionis regię multis de causis: qꝛ forte amor pecunię ⁊ ardor inducet eum ad tuam mortem: vel illum qui hęc intendit. ideo cōueniens esset ꝙ tuus baiulus non elongaretur a tua pręsentia: sed pręcipias ei: ꝙ non habeat tractatum vel frequentiam cum aliquo regum ex regibus: ⁊ non leget eis epistolam: nec mittat eis noua. ⁊ cum tu perceperis talia: muta eos sine mora. quoniam animi veloces sunt: ⁊ de facili declinant ad promissiones: ⁊ contrarias voluntates: ⁊ vtilior ex baiulis est: qui magis diligit vitam tuam ⁊ obedientiam: qui magis inducit subditos ad tuum amorem: ⁊ qui tibi exponit res suas ⁊ personam ad placitū: ⁊ q habet has virtutes ⁊ mores quos enumerabo.

In primis qui habet perfectionem membrorum: quę cōueniunt operibus quibus pręest: ⁊ propter quę eligitur.

Secundo ꝙ habeat bonitatem apprehensionis: ⁊ velocitatem ad intelligendum id quod dicitur.

Tertio ꝙ sit bonę memorię eius quod apprehendit ⁊ audit: ita ꝙ nihil tradat obliuioni.

Quarto ꝙ sit considerans ⁊ percipiens: sicut predixi quando: ingeritur difficultas.

Quinto ꝙ sit curialis: affabilis: dulcis linguę: ita ꝙ lingua concordet cordi: ⁊ respondeat cogitationi. sit etiam ex-

pedite eloquentie.

Sexto q͙ sit penetrabilis intellectus in omni scientia: & precipue in arte arithmetica: que est ars certissima: & verissima demostratiua: que attrahitur a natura.

Septimo q͙ sit verax in verbis: & diligens veritatem: & fugiens mendacium: bone compositionis in moribus: bone complexionis: suauis: mansuetus: & tractabilis.

Octauo q͙ sit sine nota crapule & ebrietatis in cibo & potu: & sine nota coitus: declinans ludos & delectationes.

Nono q͙ sit magnanimus in proposito: diligens honorificentiam.

Decimo q͙ aurum & argentum & cetera accidentalia huius mundi sint cōtemptibilia apud ipsum: & non sit eius propositum neq͙ intentio nisi in his: que conueniunt dignitati & regimini. Et q͙ diligat proximum & remotum.

Undecimo q͙ diligat & amplectatur iustos: atq͙ iusticiam: odio habens iniuriam & offensam: reddens vnicuiq͙ quod suum est. subueniens oppressis: & his qui iniuriam patiunt. remouens penitus omnem iniusticiam: nullam penitus faciens differentiam in personis & gradibus: quos deus creauit equales.

Duodecimo q͙ sit fortis & perseuerantis propositi in his: que videbuntur sibi agenda: audax sine timore & pusillanimitate.

Tertiodecimo q͙ sciat omnes exitus expensarum: & non lateat ipsum aliqua vtilitas: que ad ipsum regnum spectat: & nō cōquerāt d ipso subditi vel aliquo modo querimonie: nisi in casibus premissis: in quibus potest publice rei prodesse.

Decimoquarto q͙ non sit verbosus: vel emittens multum risum. quia temperantia multum placet hominibus: exhibens se curialiter hominibus: & benigne pertractans.

Decimoquinto q͙ nō sit de numero vtentium vino: cui la sua sit patens hominibus aduenientibus: & q͙ sit intendens ad explorandum & inquirendum noua de omnibus: confortans subditos: corrigens opera eorum: & consolando: eos

in aduersitatibus:deferens quandoq; : & tollerans eorum simplicitates.

## Quód homo sit minor mundus.

Scias itaq; o Alexander q; non creauit Deus creaturas sapientiores homine: & non colligit in aliquo animali: quod in eo collegit: & non est reperire in aliquo animalium cõsue tudinem vel morem: quem non inuenias in homine. est autem homo audax vt leo: timidus vt lepus: largus vt gallus: auarus vt canis: durus & austerus vt coruus: pius vt turtur: malitiosus vt leęna: priuatus & domesticus vt columba: versipellis & dolosus vt vulpes: simplex & mitis vt agnus: velox & agilis vt capreolus: similis cerui in colore & quibusdam alijs dispositiõibus: humilis vt pardus: piger vt vrsus: pręciosus & carus vt ęlephas: vilis & stolidus vt asinus: rebellis vt prauus rex: obediens & humilis vt pauo garulus vt strutio: vtilis vt apis: dissolutus & vagabundus vt caper: indomitus vt taurus: recalcitrans vt mulus: mutus vt piscis: rationabilis vt angelus: luxuriosus vt porcus: malitiosus vt bubo: vtilis vt equus: nociuus vt mus: & vniuersaliter non reperitur animal: seu vegetabile: seu originale: seu minerale: nec cęlum: seu planeta: nec signum: nec aliquod ens ex omnibus entibus habens aliquod proprium: quin id reperiatur in homine: & propter hoc vocatus est minor mundus.

*Adnotatio.*

*Hominem minorem mundum appella, hac dere uide, si lubet, decimum septimum octaui Physic. & Auerr. 57. eiusdem: Ioannem Gandauensem in libro de motibus animalium quæstione. 9. & Robertum Lyncon. hanc rem dicato tractatulo declarantem.*

## Non esse fidendum his qui tuā legem nō credunt

Et nunquam speres in homine qui non credit legem tuā. Et caue ne accidat tibi quod accidit duobus hominibus qui dicuntur associati fuisse in itinere: quorum vnus erat magus orietalis: reliquus vero iudeus. Magus equitabat mulam quam nutriuerat ad pratum suum: que portabat vniuersa necessaria quibus vtitur viator et indiget. Judeus vero incedebat pedes: non habens cibum neque alia necessaria: dum igitur fabularentur in via dixit magus iudeo: que est lex tua et fides tua? Respondit iudeus. Credo quod in celo est vnus Deus: quem adoro et spero ab eo bonum anime mee: et remunerationem: et illis qui conueniunt mecum in lege mea: et fides mea et credulitas mea hec est: quod qui discrepat mecum in fide mea et lege: licitum est mihi tollere suum sanguinem: et pecuniam suam: et occidere suos videlicet vxorem parentes et genitores: insuper maledictio est mihi: si seruo ei fidem: uel iuuo ipsum: vel si facio secum misericordiam: vel parco ei. Consequenter inquit mago demōstraui tibi legem meam et fidem meam. redde ergo me certum de lege et fide tua: Cui respondit magus: fides et credulitas mea et lex hec sunt. in primis volo bonū mihi met ipsi: et filijs generis mei: et nolo alicui creature Dei malum: neque sequentibus legem meam: nec discrepantibus in eadem mecum: et credo equitatem et misericordiam seruandam cuilibet viuenti: et nulla iniuria placet mihi: et videtur etiam mihi si quid mali accidat alcui viuentium: quod id malum me cōtingat et me conturbet: affecto prosperitatem: et sanitatem: incolumitatē: felicitatē accidere omnibus hōinibus vniuersaliter. Tunc dicit ei iudeus. quid si iniuria et offensa fiat tibi? Cui magus. scio quod in celo est Deus iustus: bonus: sapiens: cui nihil est occultum: nihil secretum: nihil penitus celatur de hijs que latent in suis creaturis: qui remunerat bonos iuxta suas bonitates: malos vero et transgressores iuxta suas transgressiones. Cui iudeus: quare non seruas legem tu

am: vt quid non confirmas operibus fidem tuam? Magus inquit quomodo fiet hoc? Cui iudeus: ecce ego sum de filijs generis tui: et tu vides ambulantem me peditem: fatigatum: et famelicum: et tu es eques saturatus: et quietus. Cui magus veritas est: et descendens de mula aperuit manticã suam: et cibauit et potauit eum: deinde fecit ipsum equitare mulam: postquam iudeus firmauit se bene equitando: iniũxit calcaria festinando relinquens magum. tunc cepit magus vociferare: et dicere expecta me: quia fessus sum. iudeus dicebat: non ne indicaui tibi legem meam: et eius conditionem. Et ego volo similiter confirmare eam: tunc magis festinabat mulam. Et magus sequens vestigia eius inquit. O iudee noli me derelinquere in deserto: ne forte interficiar a leonibus: aut moriar mala fame: aut dolorosa siti: age ergo misericorditer mecum: sicut egi tecum.

Judeus vero non respiciebat se retro. nec intendebat dicere suis: ne cessauit donec latuit visum eius. Quando vero magus desperatus fuit de cursu. recordatus est perfectionis legis sue: et fidei sue et eius qđ dixerat iudeo. videlicet q in coelo est iustus iudex: cui nihil est occultum: nihil secretum in creaturis suis latet: dirigens ergo caput in coelum inquit: deus meus tu nosti: quia credidi in te: et in tua lege: et in tuis mandatis sanctificaui te: sicut precepisti. confirma ergo apud iudeum laudem meam in te. His dictis non multum iuerat magus: et ecce inuenit iudeum prostratum: et eiectum de mula: fracta tibia: et leso collo: mula vero stabat ex opposito: que videns magum cognouit dominum suum: et accessit ad ipsum propter nutriturã suam: equitans ergo ipsam: et relinquens iudeum in doloribus mortis recedebat. Judeus vero clamabat charissime frater per deum tuum: habeas misericordiam de me: confractus sum et morior: et indigeo pietate: miserere: et serua legem tuam: que tibi contulit victoriam qua superasti me. Tunc cepit magus ipsum inculpare dicens: tu male peccasti in me: et dereliquisti me sine misericordia. cui iudeus: noli me reprehendere de te

preterita: quia ostendi tibi q hec est lex mea: & fides mea in qua nutritus sum inueni parentes meos & senes & antiquos perseuerantes in hac lege. tunc misertus est eius magus: & portauit post se ipsum: donec peruenit ad locum destinatum. & ipsum tradidit genti sue: qui post dies aliquot expirauit. Audiens ergo rex illius ciuitatis opera illius magi fecit eum vocari: & constituit eum baiulum suum: propter pia opera sua: & bonitatem legis sue laudem dans Deo.

## Liber de scribis.

Oportet te eligere ad scribendum secreta tua opera viros prudentes: que sunt fortius signum: & validius argumentum ad ostendendum quantitatem tui intellectus, & subtilitatem tue cognitionis: quoniam significatio seu interpretatio sermonis est spiritus eius: & dictiones sunt corpus: scriptura vero sermonis uestimentum. Sicut ego oportet te esse virum substantialem: pulchrum aspectus & ornatus: ita decet q tu eligas de scribis seu scriptoribus: qui habeat hanc perfectionem in eloquentia ornata: & in recordatione subtili. Et sicut ipse interpretatur tuam voluntatem: & constituitur super tuis secretis & occultis: ita oportet q sit bone fidei: fidelis cognitionis in tua voluntate: & in vniuersis operibus tuis: & q intendat tuo commodo & honori: sicut oportet: quia si non est talis: corrumpetur. & oportet q sit cautus: & precauens in operibus suis: ne quis ingrediatur: & respiciat secreta scripta tua: & condecet q tu remuneres opera sua: iuxta seruitium tibi exhibitum: & iuxta terminum importunum tue voluntatis: vt sit sollicitus in tuo regimine: pone ergo ipsum in gradu remunerationis tue: qr eius prosperitas tua est: & eius corruptio tua est.

## De nuncijs.

Sciss ergo q nuncius siue missus demonstrat sapien-tiam mictentis: et est oculus in his quę non videt: et eius au-ris in his non audit: et eius lingua in eius absentia: oportet ergo eligere digniorem de his qui sunt in tua presentia: sa-pientem: honorabilem: considerantem: fidelem: declinantem seu fugientem omnem turpitudinem seu culpam: et si inue-nias eum talem: voca eum: et confer cum eo de his quę ne-scit tuum velle: et tunc percipies si est in eo quod quęritur: quia forte est iuxta noctem et eius intentio in alio est: et si nō est in hac determinatione: sit adminus secretarius fidelis missus nihil addens: et nihil comminuens de his: in quibus missus est: et q sit custodiens mandatum tuum: et intendēs his quę audiuit: et respōsionem sibi factam: si ergo non inue-nis ipsum talem: sit fidelis deferens licteras tuas ei: adquē mictitur. et referens ac reportans respōsionem: et si aliquem nunciorum tuorum perpenderis sollicitum et attentum pe-cunię acquirendę vel colligendę de locis ad quę mictitur: respue eum penitus: quia non innititur tuo commodo: nec mittas nuncium tuum: qui diligit vinum inebrians se. quia Perses in aduentu nuncij instabant apud eum vt biberet vi-num abundanter: qui si superflue bibebat: cognoscebant q dominus suus erat minus prudens. Caue ne mictas nun-cium tuum maiorem b iulum: nec permittas eum elonga-ri a conspectu tuo: quia hęc est destructio regni tui. Quali-tates autem nunciorum laudes et vituperia eorum nunciaui tibi: et ordinationes eorundem: et qualiter cognoscuntur in fidelitate. et bona fide. Quando ergo nuncius non inuenitur talis: sed anhelat donis et retributionibus: et prodit te in his quę iniuncta sunt ei: et inuentus fuerit diminutus in regno tuo: non impono tibi mensuram poenę sibi infligendę.

## De *subditis domus propriæ.*

Iam nosti q subditi sunt pecunię domus tuę et thesau-rus

tus tuus: quibus confirmatur regnum tuum. ęquipera ergo subditos tuos viridario: in quo sunt diuersa genera arborum fructiferarum: & non habeas ipsos sicut gramina nascentia: quę reddunt absinţium & tribulos: & nihil germinant fructuosum. sed vt arbores quę habent in se multos palmites & ramos & truncos erectos: qui dant semen & fructum vtile ad multiplicationem sui generis: quando bene reguntur & coluntur: iuxta ergo paruitatem tui thesauri est durabilitas: & defensio tui regni: & tuę potentię. oportet igitur ꝙ bene regantur: & ꝙ intendas eorum necessitatibus: & ꝙ remoueas ab eisdem iniurias: & ꝙ nunquam te tedeat super intendere eorum conditionibus: & inquire de his quibus indigent: habeant ergo vnum solum prępositum constitutum a te: qui non intendat ad destructionem arborum: sed ad conseruationem: & ꝙ sit bene dispositus: morigeratus: longanimis: sapiens: patiens. Quod si non est talis: corda subditorum rebellabunt eius regimini: & corrumpentur per ipsum cogitationes: quę erant purę.

## De dispensatoribus.

Noli multiplicare dispensatores in expensis tuis faciendis: q2 propter hoc ingreditur corruptio super te: quia quilibet eorum intendit superare comparem suum in corruptione sui operis. & conabitur ostendere se fidelem & vtilem sibi in depressionibus tuorum subditorum: hoc faciet quilibet baiulorum: vt in officio ad quod fuerit deputatus diutius perseueret: & multi tales sunt qui vnum dicunt: & aliud faciunt: & multos corrumpunt: vt eos manuteneant & defendant.

## De ordine & multitudine bellatorum.

Proceres sunt additio & multiplicatio regni: per ipsos honoratur curia: & ordinatur regnum in gradibus suis: optima ergo ordinatio est in eorum gradibus & dispositionibus: vt non lateat te propinqui conditio & remoti de numero ipsorum. & hec est necessaria ordinatio. & preposítura in numero: qui dicitur & refertur ad numerum sub numero. dico ergo ordinationem quadruplicem necessariam esse: quoniam quilibet locus in terra est quadruplex in eius differentia: scilicet retro & ante: dextrum & sinistrum: & sic sunt spetics mundi simpliciter quattuor: oriens: occidens: meridies: & septétrio. Sit ergo cuilibet preceptori quarta pars regni in eius regimine: & si vis plures sint. x. quoniam. x. quattuor sunt perfecta. quoniam in quaternario est vnum duo tres & quattuor. Si ergo hec colligis: faciunt. x. denarius numerus est perfectio eorum que cóplectuntur quaternarium & circundabunt in numeris. Sequuntur ergo quemlibet perceptorem. x. vicarij: & sequuntur quemlibet vicarium ductores. x. & quemlibet ductorem. x. decani: & sequuntur quélibet decanum. x. homines. océ ergo homines sunt in vniuerso. C. milia pugnatorum. Quando ergo indiges seruitio. x. milium virorum precipies conuocari ad expeditionem faciendam preceptorem vnum: sequentur ergo ipsum. x. vicarij & venient cum quolibet vicario. x. ductores: & cum quolibet ductore. x. decani: qui sunt mille. & venient cum decano quolibet. x. homines pugnatores. facient ergo in summa. x. milia pugnatorum. si indiges mille precipies vni vicariorū: & venient cum eo decem ductores: cum quolibet ductore. x. decani & cum quolibet decano. x. pugnatores. Sunt ergo in summa hi mille bellatoris. & si indiges centum bellatoribus: precipies vni ductorum cum quo venient. x. decani. & cum quolibet decano decem pugnatores: qui omnes faciunt. c. & si indiges. x. bellatoribus precipias vni decano & venient cū eo decem bellatores. In hoc ergo parcetur tibi in victualibus: & alleuiaberis: & consequeris quod desideras de proposito tuo: & diminuetur labor tuus in proceribus. quoniam

quilibet eorum reget decē inferiores se in suo gradu. et sic alleuiabitur opus in eis. et preceptor tuus sit immediate callidus disponens. et necessarium est proceribus habere scribam sapientem: sagacem: fidelem: considerantem: approbatum in militia: ne ualeant proceres corrumpi pecunijs: inquiras etiam diligenter cogitationes eorum: et quando percipies aliquid tale: remoue eum: et collige eos ostendens eis quod in remotione sua prouidisti eis. oportet ergo te esse pertractabilem: curialem: non contemptorem quorumdam propter alios.

Adnotatio.

*Quaternarij laudes miras apud Marsilium Ficinum in argumento Cratyli Platonis inuenies, eam uerò quam autor ex professo hoc in loco assignat, etiam apud Ammonium in Cathegorijs legere licet dicentem, Diuisionem rerum in decem nobis traditurus, harum prius consumtionem inquatuor exponit ab unitate enim incipiens numerus, si adquatuor usq; componatur, decem conficit, unum, Duo, tria, quatuor, & decem fiunt.*

## De cornu.

Oportet etiam tecum habere istud instrumentum quod fecit Themistius ad opus exercitus et ad nocendum: et est instrumentum terribile: quod diuiditur modis multis: quia forte te oportebit visitare totam prouintiam tuam: et regnū tuum: et congregare subditos: et proceres tuos: et bellatores in eadem die: vel citius vel aliomodo prout indiget exercitus magnus et numerosus: huius instrumenti sonus auditur per miliaria sexaginta.

## De bello.

Noli frequentare bella: & exponere te & animam tuam ipsis: frequenta tamen consilium maiorum: qui sunt in curia tua: & non occuperis in his: in quibus occupantur victi & vituperati ex aggressoribus bellorum. Non temptabis ne quod frequentabis prelia in persona propria: & teneas maiores circa te: & non occuperis circa ea quibus detinentur presumptuosi: & audaces ex congressoribus. quia certissimum est quod nunquam conuenit rex cum rege: quin alter eorum machinatus sit in destructione alterius: & hoc inuentum est in natura. Scias quod inuidia est ex corpore & anima consurgens: & perueniens ex duobus oppositis repugnatibus. Est igitur species eorundem: spes & fiducia victorie ex quolibet vtriusque: quorum corpus est coniunctio vtriusque partis. Quando igitur non incidit spes victorie de se ipsis: moriuntur & cessant prelia: & perdurat prelium quamdiu perdurat perseuerantia in se superandi partem quamlibet utriusque. Sit ergo conatus tuus: & intentio tota indurabilitate & perseuerantia tui: & in stabilitate: & in sustentatione illorum: qui sunt tui generis. noli vilipendere personas eorum quasi sis contemptor. sed collige verba eorum: promictens eis donaria & honores: & solue eis promissa. Scias ergo quod non oportet te incedere in exercitum nisi armatum tua lorica vt si subito inueniaris ab inimico querente te. sit tota sollicitudo tua: & prudentia tua: i munitione tui ipsius: in armis: & custodibus: & exploratoribus. Et necessaria est vigilantia in quolibet tempore diei & noctis: & noli castramentari: nisi in loco vicino monti: vel coniuncto: vel iuxta aquas: & defer victualia multa tecum. licet non indigeas eadem: & multiplica machinas discurrentes & voces horribiles. quoniam hec sunt fortitudo: & virtus eorum: qui tecum sunt: & durabilitas eorum propositum: & timor ac diminutio inimicorum. & vtere in tuis proceribus diuersis generibus armorum. Quidam enim cum missilibus & sagittis: quidam in acie & in turba: alij vero deputati ad discurrendum: & quando venerit acies ad preliandum: micte cum eis formam speciosissimam

⁊ turres ligneas quibus sunt armati sagittarii mictentes missilia ardentia. ⁊ si videris eos trepidos vel deficientes: conforta corda ipsorum ⁊ inducas ad perseuerantiam vsque ad finem. Item ordina acies tuas sicut premisimus. ⁊ vt sequetur. Constitue ergo ad dextram genus percutientium ⁊ aggredientium. ad sinistram vero genus lanceatorum: ⁊ in corde siue in medio genus mittentium faces ardentes: ⁊ iacentium seu sagittantium: ⁊ sonantium voces horribiles: ⁊ facientium motus diuersos. ⁊ sit semper supereminens locus vbi cum aduersariis prelaris: ipsi vero quando percipient hoc stabunt. ⁊ cum instantia conabuntur. Caue caue tunc proditionem: ⁊ tunc precipue cum uideris tuos vacillantes. ⁊ in illam partem quam videris vacillantem in aduersariis: versus illam diriges aciem atq; bellum: ⁊ cum omnibus his frequenta perseuerantia: quia hec est in originalibus victorie: vnde dicitur q; non peruenit victoria de aliquibus: nisi prius vincantur pusillanimitate cordium in se ipsis: ⁊ per ingressionis affectus super eos: insuper multiplica insidias ⁊ constitue insidiatores in sonis terribilibus: qui sunt de numero superantium ⁊ vincentium: ⁊ est quedam cautela perducens ad propositum ⁊ vnum ex fundamentis preliorum: ⁊ habeas loca determinata parata in aliquo locorum exercitus ad succurrendum in pontibus: ⁊ aliis necessariis ad conseruandum proceres tuos: multiplica etiam animalia portantia munitiones ⁊ castra pugnantia: vt elephantes quia valde sunt terribiles: ⁊ animalia velocissima vt pote dromedarios: in quibus est spes fuge in necessitate ⁊ quasi castrum. Si vero debes impugnare incastellatos vtere instrumentis proiicientibus lapides vt pote machinis ⁊ multiplica ea iuxta modum instantis necessitatis. Adde etiam in instrumentis penetralibus ⁊ iacientibus sagittas: ⁊ pila venenata. Et si superuenire poteris ad fontem. vnde inimici tui hauriunt aquas potabiles: infunde in illis locis diuersa venena corrumpētia: ⁊ inimici effodies sepulturas. obserua in omnibus perseuerantia: que est valde commen-

dabilis: ꝛ est res faciens ad propositum. ꝛ nunquam seque-ris fugientem. ꝛ noli festinare in tuis operibus vltra mo-dum. Et si possibile est tibi: sint vniuersa tua opera perdi-tiones inimicis ꝛ circunuentiones. obserua ergo hoc: ꝛ ita facias ꝙ bellum sit vltimum opus tuum. quia progenies Indorum ꝛ gens Indię: sunt homines proditores ꝛ circon-uentores: ꝛ non est in eis hoc opprobrium. Perses vero siue Turchi seu Parthi sunt homines animosi valde: ꝛ presum-ptionis magnę. pugna ergo cum qualibet gente ex his quo-modo conuenit. Et opus tuum maximum non facias esse magnum: ꝛ non preuenias postponendo. ꝛ sint opera tua in manifesto ꝛ occulto iuxta modum premissum. ꝛ iuxta qua-litates seu dispositiones scientię astrorum: sicut docui in precedentibus.

Quando ergo volueris consequi firmitatem propositi ex dispositione supercęlestium. constitue ascendentem seu o-rientem in leone ꝛ prepara lunam ꝛ dominatorem eius: ꝙ sit in bono loco ex ascendente: ꝛ statue dominum ascenden-tis in domibus Martis. ꝛ non omittas visionem Martis sine triplicitate. ꝛ considera tunc omnium operationem cu-ius naturam uis habere ex planetis ꝛ domibus. Ordina e-tiam ipsos planetas ꝛ signa quę sunt in natura eadem. quia hoc est caput operis. Quando ergo volueris iter accipere: ordina ascendentem ad iter: ꝛ ciuitates ꝛ locum in quem in tendis. Et domum ad opus quod intendis: ꝛ inferius terrę circa hoc. Et caue ne luna sit pessima. i. ecclipsata ꝛ maliuo la seu turbata: ꝛ ne sit directę sub radijs solis aut in sesto: aut in duodecimo gradu: aut retrograda. Si ergo erit vi-ctoria: in ascendente seu prosperitas: demonstrabit bonum ꝛ prosperum euentum. ꝛ tunc maxime si Mercurius in me dio cęli erit: demonstrabit complementum operis ꝛ perfe-ctionem: ꝛ quando erit in septimo gradu: demonstrabit pos sibilitatem operis: ꝛ lęticiam: ꝛ prosperitatem euentus: ꝛ per fectionem propositi. Et caue ne luna fuerit in ingressu itine-ris in quadratura solis aut in suo opposito si uero inuene-

ris orientem aut ascendentem in suo opposito: aut in quadratura solis: reuerteris velociter illesus: & perficietur opus tuum. Et si uis aggredi bellum: ordina domum Lune medium celi: & Mercurium respicientem ipsam benigno vultu fac Mercurium in quarto gradu: & repara lunam: quia in itineribus faciendis vniuersis malus est signum.

## Physiognomia.

Et inter ceteras res est illa: quam te non ignorare oportet: scilicet cognitio quam anima cognoscit: & inuestigat per signum nobile. cum fuerit abstracta a desiderijs & concupiscentijs. & cum fuerit liberata a nociuis: & hec debes cognoscere cogitatu. Cum fuerit itaq; anima dominans: & superans corpus & ei preponderans: & virtus flammea existens in corde non deserit ipsam: & virtutem animalem existentes in cerebro: tunc sublimatur & augmentatur & declaratur intellectus secundum mensuram: vnde si quis querat causam prophetarum: qui probati sunt fuisse purissimi intellectus & vere visionis cum miraculis inuatiuis pre ceteris. ex predictis prouenit: accidit etiam hoc ex constellatione geneseos eorum imitantis hanc virtutem generatiuam: sit vt te oportet querere signa & vestigia cum pulchritudine nature scilicet scientiam physiognomie: que est scientia magna & per longitudinem dierum usi sunt antiqui hac scientia: & gloriati sunt in inquisitione pulchritudinis nature in hac scientia: cuius perfectio attribuitur de numero antiquorum philosophorum Philemoni summo doctori: & magistro physiognomie & reuera inuestigabat ex hominis compositione qualitates & naturam anime eius. Et occurrit in ipso historia pulchra & extranea vnde eam intellige. Discipuli sapientis Hippocratis medici formam eius in Pergameno depinxerunt: & eam Philemoni portexerunt dicentes considera hanc figuram: & indica nobis qualitates & comple

tiones eius. Qui respexit compositiones ꝛ complexiones fi gurarum: et comparauit partes ad partes. et ait. Iste homo luxuriosus est: deceptor amans coitum. ob quam rem voluerunt eum interficere dicentes. O stulte hęc est figura dignioris et melioris hominis qui sit in toto mundo. Philemon autem pacificauit eos et correxit dicens: hęc est figura sapientis Hippocratis. ꝛ quod uos quęsiuistis de mea scientia: hoc ostendi. et quid sentio secundum ipsam. Quando ergo peruenerunt ad Hippocratem dixerunt ei quid fecerāt: ꝛ quid respondit Philemon ꝛ iudicium eius: quibus dixit Hippocrates certe uerũ dixit Philemon nec prętermisit unam literam. Veruntamen ex quo prospexi ꝛ considerauí hęc turpia esse et reprobanda: constitui animam meam regem super ipsa: ꝛ retrari eam ab eis: ꝛ triumphaui super appetitum animę meę. hęc est itaq; laus ꝛ sapientia et operibus Hippocratis: quia philosophia nihil aliud est: quam abstinentia ꝛ victoria concupiscibilium. Constituo ergo tibi ex hac sciētia physiognomię regulas: et cōstitutiones abbreuiatas: et sufficientes: quę dabunt tibi magnum pretium ex nobilitate tuę naturę et puritate tuę scientię.

*Adnotationes quatuor.*

*Prima. Physognomiæ quod nam sit subiectum, ad quam philosophiæ partē reducatur, quo notificādi utatur mō quo mō a Chiromātia discrepet.* Achellinus, *Alexāder, ī quæstione de subiecto Physiognomiæ & Chiromantiæ declarare conatur. Hanc tamen facultatem sicut & prænoscentes alias omnes Ioannes Franciscus Picus ex intento euertere tentat.*

*Secunda. Copula (Et) ex uetustissimis examplaribus restituta, hunc physiognomiæ trattatũ partialem uoluminis partem, & non per se integrum libellum ostendit.*

*Tertia.*

*Tertia.* Quam Autor de Hippocrate & Philemone historiam refert, ex hoc eodē loco ad uerbum ferè Magnus Albertus in primo de animalibus trattatu secundo recenset. Consimile aūt Cicero tum ī libro de fato, tum in quinto Tusculanorum Zopyro de Socratis imagine iudicanti accidisse narrat. Quod etiam Aphrodisiensis Alexander in quarto capite libri de fato confirmat, dicens, Sanè cum diceret Zopyrus physiognomon absurda quædam de Socrate Philosopho, & plurimum ab eius instituto in uita semota, & super his à Socratis auditoribus deridcretur, dixit Socrates, non esse mentitum Zopyrum, eram.n. naturæ ratione huiusmodi, nisi ex philosophiæ studio meliorem naturam fuissem adeptus.

*Quarta.* Dum philosophiam nil aliud q̄ abstinentiam & uittoriam concupiscibiliū esse dicit, eam philosophiæ definitionē innuere uidetur, quam Diuinus Plato in Phædone assignauit inquiens, ꝙ Philosophia est meditatio mortis, hanc.n. iuxtà eum sensum, quem definitio à nostro Autore assignata præsefert, ne dum exponunt Græci Autores, ut Ammonius, Dauid, Psellus, Blemmida, & Pachimerius, dum sex philosophiæ definitiones ex intento interpretantur, Sed etiam ex nostris multò luculentius q̄ Græci omnes Aurelius Macrobius in primo expositionum, quas in Ciceronianum Scipionis somnum dereliquit.

**De colore.**

**Scias ergo ꝙ matrix est embrioni sicut olla ferculo in coquendo: albedo ergo: & liuidus color: & flauor eius nimius: est signum diminutę decoctionis. Si ergo accidit hęc diminutio: in creatura: diminuetur similiter & natura. fuge**

O

ergo ab homine liuido et flauo: quoniam deditus est ad vitia et luxuriam.

De aspectu.

Cum videris hominem frequentantem in te visum: et cum respicis eum terretur et ex hoc erubescit: et maxime si inuitus suspirat: et lacrime apparent in oculis eius: hic diligit et timet te. Si vero contrarium fuerit: erit inuidus: et contennet te.

De infortunato: et diminuto.

Caue et precaue ab homine infortunato et diminuto in aliquo membro sicut cauendum est ab inimico.

De aequalitate.

Aequior vero et temperatior creatura: cui conuenit mediocritas stature et nigredo oculorum: et capillorum: et rotunditas vultus: albedo vero commixta rubedini: et fuscus color temperatus cum integritate corporis et rectitudine stature: et mediocritate capitis in paruitate: et magnitudine: in raritate verborum ( nisi cum necesse fuerit ) mediocritas in sonoritate vocis et sublimitate: quando etiam natura declinat ad nigredinem: et croceitatem: tunc optima est temperantia: et creatio hec placeat tibi: hanc habeas tecum. et ego interpretor quidem per modum separationis: tu autem ipsum temptabis in rectitudine intellectus.

De capillis.

Capilli autem plani et suaues significant mansuetudinem et frigiditatem cerebri: multitudo vero capillorum super vtroque humero significat stultitiam et fatuitatem: multos etiam habere pilos in ventre: et pectore declarat horribilitatem: et singularitatem nature: et diminutionem apprehensionis: et amorem iniuriarum. Russus color capillorum significat insipientiam: et multam iram: et insidias: et niger capillus innuit rectitudinem: et amorem iusticie: mediocris vero inter hos duos colores: est homo diligens pacem.

De oculis.

Qui vero habet oculos magnos inuidus est: et inuerecu

uus: piger: inobediens: & precipue si sint liuidi. cuius vero oculi sunt mediocres declinantes ad coelestem colorem vel nigredinem: talis est penetrabilis intellectus et curialis et fidelis.

Qui vero habet oculos extensos cum extensione vultus est malitiosus & nequam. Qui vero habet oculos similes oculis asini: insipiens est: & dure nature.

Cuius vero oculi mouentur velociter: & visus est acutus: talis homo est fraudulentus: latro: & infidelis. Si vero oculi sunt rubei: ille cuius sunt: est animosus: fortis: & potens. Deteriores autem oculi sunt: qui habent maculas albas: nigras: vel rubeas circumquaque. quia talis est homo deterior omnibus alijs: & magis reprobandus.

## De supercilijs.

Supercilium quod habet multos pilos significat ineptitudinem loquendi: & quando extenduntur supercilia ad tempora: habens talia est immundus. Cuius vero supercilia rara sunt ei commensurata secundum longitudinem & breuitatem: & sunt magna: hic est facilis impressionis ad intelligendum.

## De naso.

Nasus cum fuerit subtilis: eius dominus est valde iracundus: & qui habet longum nasum protensum ad os: est audax & probus. Nasus vero simus est impetuosus: & qui habet foramina nasi: grauis compectionis vel dure: est irascibilis. Et cum fuerit nasus latus in medio declinans ad summitatem: est verbosus & mendax. & nasus ille est magis equalis: qui est mediocriter longus: & eius latitudo est mediocris ad extremitatem: & eius foramina non multum magna.

## De facie.

Facies plana carens tumorisitate significat litigiosum discolum: iniuriosum & immundum. Qui vero habet faciem mediocrem in genis: & temporibus: vergentem ad pinguedinem: est verax: amans: intelligens: atque sapiens: ser uitialis

bene dispositus:ac ingeniosus. Qui habet latum os:est bellicosus:⁊ audax.⁊ qui habet labia grossa est stultus: Carnosus in facie:est minus sapiens:importunus ⁊ mendax. Qui habet gracilem faciem:est circumspectus ī operibus suis: subtilis intellectus:⁊ qui habet faciem paruam declinantē ad croceitatem:est pessimus:vitiosus:deceptor ⁊ ebriosus. Qui habet oblongam faciem est iniuriosus.

De temporibus.

Qui habet tempora inflata ⁊ genas planas:est valde iracundus.

De auribus.

Qui habet aures magnas est valde fatuus:hoc excepto ꝙ ipse erit bonę retētionis ⁊ memorię.⁊ q habet aures valde paruas est stolidus latro ⁊ luxuriosus.

De voce.

Et qui habet grossam vocem ⁊ sonoram est bellicosus ⁊ eloquēs:cuius vero vox est mediocris in subtilitate:⁊ grossitie:est sapiens:prouidus:verax:⁊ iustus. Qui vero est velox in verbis:⁊ pręcipue si habet gracilem vocem:est improbus:stolidus:importunus:⁊ mendax. Si vero vox fuerit grossa:erit iracundus:precipitans:⁊ malę naturę. Qui habet dulcem vocem:est inuidus:⁊ suspiciosus.pulchritudo etiam vocis indicat stoliditatem:insipientiam:⁊ magnanimitatem.

De motu manuum.

Qui vero mouetur frequēter:⁊ loquitur motu manuū: est in mundus:eloquens:deceptor. Qui vero est abstinens a motu manuum:hic est perfectus intellectu:bonę dispositionis:⁊ sani cōsilij.

De collo.

Qui vero habet collum gracile ⁊ longum : est sonorus: stolidus. Qui vero habet collum breue valde est calidus. detractor:astutus:⁊ dolosus. Qui vero habet collum grossum est stolidus:⁊ comestor magnus.

De ventre.

Qui habet ventrem magnum est indiscretus : stolidus:

superbus: amans coitum: mediocritas vero ventris: ⁊ strictura pectoris: significat altitudinem intellectus: ⁊ boni cōsilij: latitudo vero pectoris ⁊ grossities humerorum: ⁊ tergi: significat probitatem: ⁊ audaciam cum rectitudine intellectus: ⁊ sapientię. subtilitas vero tergi: significat hominem discordantis naturę. mediocritas uero pectoris: ⁊ tergi ęqualitas signum est optimum ⁊ probatum. eleuationes vero humerorum est signū asperitatis naturę: ⁊ infidelitatis.

De brachijs.

Quando vero protenduntur brachia in tātum ꝙ manus perueniant ad genua. significat audaciam cum probitate: ⁊ largitate. Quando uero decurtantur signum est amantis discordiam: ⁊ ignorantis.

De signis palmarum.

Palmę vero longę cum digitis longis: significat dominum suum bene dispositum ad multas artes: ⁊ pręcipue ad mechanicas: ⁊ sapientem in operibus: signum etiā boni regi minis: grossities vero digitorum ⁊ breuitas significat insipientiam: ⁊ stoliditatem.

De signis pedum.

Pedes vero carnosi ⁊ grossi significant fatuitatem: ⁊ amorem iniurię. pedes vero parui ⁊ leues significant audaciam: ⁊ fortitudinē. subtilitas vero tibiarum significat ignorantem: ⁊ earum grossities significat audaciam ⁊ fortitudinem. latitudo vero tibiarum ⁊ talorum significat fortitudinem corporis. multitudo vero carnis in genibus: significat debilitatem virtutis ⁊ mollitiem.

De signis passuum.

Cuius vero passus sunt lati ⁊ tardi: prosperabitur in omnibus factis suis. Et cui passus sunt breues est impetuosus: ⁊ suspitiosus: impotens in operibus ⁊ malę voluptatis.

De signis bonę naturę.

Ille homo est optimę memorię: ⁊ bene compositus in natura: qui habet carnes molles: humidas: mediocres inter asperitatem ⁊ lenitatem: nec nimis longus nec nimis breuis

albus: declinans ad rubedinem: mitis aspectu: capilli plan ꝫ mediocres: magnorum oculorum declinantium ad rotundi tatem mediocris ꝛ mensurati capitis: cum magnitudine col li equalis: bene dispositus: cuius humeri parum declinant: ꝫ carens carnositate in cruribus ꝛ genibus clare vocis cum temperantia in subtilitate: ꝛ grossitie: longarum palmarum: longorum digitorum declinantium ad subtilitatem: modici risus ꝛ fletionis ꝛ derisionis: cuius aspectus est quasi commixtus letitie ꝛ iocunditati.

De regula generali in predictis signis.

Veruntamen non oportet te precipitare sententiam: ꝛ iu dicium tuum in vno istorum signorum: sed collige testimonia vniuersorum signorum: ꝛ cum tibi dant diuersa signa: e aduersa; declina semper ad meliorem e probabiliorem partem.

Adnotatio.

*Hac in Physiognomia à capite usq; ad pedes Physiognomica signa Autor comprehendit, exceptis manuum lineaturis, quod inaduertenter contigisse minime de tanto philosopho suspicandum est, ut Achillinus asseuerat, & præsertim cum in primo de histori/s animalium lineamentorum chiromantiæ meminerit dicens, uola incisuris uitæ indicibus distincta est. Idem 35. problematum problemate decimo, quod & decima problematum problemate 49. Physiognomia etenim ut in hoc tractatu declaratur Chiromantiam manuum lineamenta contemplantē non comprehendit, Sed ab ea est contradiuisa.*

*Explicit Physiognomia Aristotelis ad Alexandrum.*

# ALEXANDRI MAGNI AD *Aristotelem de mirabilibus Indiae.*

SEMPER memor tui: etiam inter dubia bellorum nostrorum pericula charissime preceptor. ac secundum matrem meam sororesque meas acceptissime. quoniam te deditum philosophie noueram: scribendum tibi: de regionibus Indie: ac de statu celi: innumerisque serpentum et hominum ferrarumque generibus existimaui: vt aliquid per nouarum rerum cognitionem studio et ingenio possit accedere. Quanquam in te consumata prudentia nullumque adiutorium expostulet ratio doctrine que et te et tuo seculo ac futuris temporibus conueniat. tamen vt mea gesta cognosceres quem diligis. et ne quid inusitatum haberes: ea que in India vidi coaceruata per summos labores ac pericula Macedonum scribendum tibi putaui: sunt enim digna memorie singulis ac multis modis coaceruata quemadmodum inspexi. Non credidissem quicquam esse tot prodigia nisi subiecta his oculis ipse prius cuncta ponderauissem. miranda est terra: quantum aut bonarum rerum parens aut malarum contemptrix existat et patiens publica ferarum ac fructuum metallorum atque animalium. que si omnia liceat intueri homini uix subsecutura tot varietatibus rerum ipsa crediderim nomina. Sed ego de his que primum cognoui eloquar daturus operam ne aut fabule aut turpi mendatio dignus efficiar. Etiam naturam animi mei cuius fueris preceptor non ignoras. Solere me tantum equitatis custodire: et parcius omnia loqui quam gesta sint. Et tunc spero agnoscis nihil me tanquam captantem iactantemque gloriam nisi tie nostre afferere: que vtinam minus fuisset laboriosa nobis. ne tot rebus experimenta necesse esset cognoscere. Ego gratias ago Macedonie iuuenum virtuti et inuicto exercitui nostro: qui mea patientia perseuerauerit vt regum rex

appellarer. Quo tibi meo titulo misso letari charissime pre ceptor non te dubito: delinquo et a mea tuaque aberro pietate nisi tibi ut Olimpiade matri mee sororibusque meis de singu lis regni mei commodis scribam: que tibi et illis communia arbitror. idque nisi feceris paruum de nobis simpliciter iudi care videberis. Prioribus literis significaueram tibi de so lis et lune ecclipsi et de constantia syderum acrisque inditijs: que non sine magna cura ordinata tibi misi et has nouas nunc multiplicaturas historiam omnia cartis comendabo. Quecunque relegeris scio esse talia que cura Alexandri tui complecti decuerat. Mense maio regem Persarum Da rium apud Gangem amnem superatum: acceptumque indi ctionem omnem eius regionem: esse ordinarios preparato resque nostros proposuimus orientis prouincijs: multis opi bus regalibus ditari in priori epistola significaueram tibi. Et nunc ne sim scribendi multiplex: priora facta iam prete reo precognita.

Mense iulio deficiente in India Fasiacē peruenimus: vbi mira celeritate Poro rege deuicto potiti ingentibus diuiti is regia gaza repleti sumus. Sed vt conoscas ea que mihi memorie digna esse videbantur quedam memini: et quia me morabile fuit equum est mihi visum describere de innume rabili exercitu eius. in quo fuere preter militum copias se decim milia et octingente quadrige omnes falcate. captisque elephantis quadringentis qui super positas cum armatis is culatoribus turres gestauerunt. ipsam vrbem regiam Po ri domumque armis inuasimus: in qua columnas aureas so lidasque ingenti grossitudine atque altitudine triginta pedum cum suis capitalibus ad modum quadringentas quadra ginta enumerauimus auratosque parietes laminarum digita lium grossitudine. Quos cum extimare velim a reliquis lo cis intercido. vineamque solidam auro sarmentoque aureo in ter columnas pendentem miratus sum. in qua folia aurea fuerunt racemique cristalini et ignitis erant interpositi distin guētibus smaragdis: talami quoque cubilia que omnia mar

garitis

garitis ⁊ vnionibus ⁊ carbunculis exornata erant. fores e-
burneę miri candoris ebenina laquearia nitebant. ⁊ testudi
nibus cupressi: quibus lauri in insigni loco ⁊ in balnearibus
erāt solidi: aureę quoq; solideq; cum crateribus aureis sta
tuę ⁊ innumeri thesauri fores domus ⁊ parietes ornabant ⁊
innumerabilia genera varijs coloribus aberrabant. Inter
aureas plantas erant vnguibus rostrisq; ⁊ auratis tum
inauribus tegiminibusq; quę margaritas ⁊ vniones geren-
tia atq; etiam multa gemmea ⁊ cristallina ac electrina va-
sa potaria ⁊ sertaria aliaq; multa aurea inuenimus ⁊ rara
argentea. quibus in potestatē redactis persequutus Porūs
interiorem Indiam perspicere cupiens cum vniuerso ca-
spias portas perueneram exercitu. vbi cum fertilissimaru;
regionum admirarer fęlicitatem: quodam gaudio elatus
digna noueram loca. quamq; predixerant nobis incolę re-
gionis eius ne in serpentes ⁊ rabidarum ferarnm genera in
cideremus. quę plurima in his vallibus ⁊ campis fluuisq;
ac montibus habitabant nemorum saxorumq; latebris oc-
cultata. Sed ego vt fugientem ex prelio Porum primum
assequerer. antequam in deserta abiret orbis terrarum so
litudinem: compendiosa magisq; tuta itinera eligere malui.
acceptis igitur Tercentisquinquaginta ducibus qui breuia
tos itinerum nouerint mense augusto per feruentes sole a-
renas ⁊ arentia humoris loca perfectus sum: pollicitus his
premia qui nos periti regionum ducebant per ignota Indię
loca: si me cum incolumi exercitu in batriacen perduxissent
penitusq; ad abditos seras. Quę gens folijs arborum de-
cerpendo lanugineim ex siluestri vellere vestes deterūt. sed
illi duces maiorem hosti quam sibi fauorem accommodan-
tes efficere volebant. pergebant vbi nos in exitiabilia ser-
pentum ⁊ rabidā ferrarum beluarumq; genera ignaros
regionum inducerent.

Quod illos cogitasse ex ipsis patebat experimentis. Cum
ego cernens ex parte mea id accidisse: quia vtilia consilia
spreueram amicorum pariter ⁊ caspiorum hominum qu

p̄cedixerant mihi ne ita vincere festinarem vt mihi nullo do-
lo inter ueniente adempta esset victoria imperaui militibus
omnibus vt armis induti agmen sequerentur.
Quoniam propterea cum auri et rapine Margaritarum
q3 non paruam secum predam veherent timendum esset
ne occulte hostes sua ablaturi victoribus insidiarentur. et
sane miles ita erat locupletatus vt vix ferre auri pondus
posset. Accedebat quoq3 armorum non paruus grauitas:
que ego omnia aureis incluseram laminis ita vt totum ag-
men in eo veluti sidere ac fulgore clarum radiantibus auro
insignibusq3 sequebatur cum signis et vexillis eratq3 inter
varietates spectaculum in conspiciendo talem exercitum:
quia ornatu pariter ac viribus inter ceteras eminebat. Ego
certe respiciens felicitatem meam insigni numero iuuentu-
tis immenso reficiebar gaudio. Sed vt aliquid plerumq3
in secundis rebus fortuna obtrepit: accidit nobis siti labo-
rare. Quam cum iam uix sustineremus miles Reuerus in-
uentam in lapide concauo aquam galea aurea mihi protu-
lit ipse sitiens anime mee magis q̄ sue vite consulens. Quā
ego vocato exercitu palam effudi ne me bibente magis siti-
re miles inciperet. Collaudataq3 Reueri erga me beniuolē-
tia dignis eum muneribus ornaui. Que res cum animo e-
quiorem fecisset exercitum ceptum iter institui: nec longe
mihi in desertis locis flumen apparuit cuius ripas pedum
sexagenorum arundo vestiebat pinorum abiectumq3 robo-
ra vincens grossitudine: vnde materia mira ad constituen-
da edificia incole vtebantur. Tum ego quoniam quadrupe-
dia et exercitus sitiebant iussi continuo castra poni a meta-
toribus. Que dum ponuntur: ipse sitim leuare cupiens ama-
riorem elleboro fluminis aquam gustaui. quam neq3 homo
bibere neq3 vllum pecus hauri re sine tormento potuit. An-
gebar autem pro mutis magis animalibus q̄ pro nostra ne
cessitate. durabiliorem hominem cunctis in rebus cogno-
scens q̄ pecudem. quippe qui autem vehebant elephanti in
gentis magnitudinis admodum mille, et ant quadringente

quadrige equorum omnes falcate: bige vero mille: ducente
equitum turme: ducente: et septuaginta milia peditum. mu-
lorum castrensium sub armis duo milia: ad sarcinas mili-
tum vehendas circiter duomilia: camelorum vero drome-
dariorum et bubalorum duomilia: subiugaliumque et boum
duomilia: qui frumenta vehebant: armentorum vero ad v-
sum carnis quotidiane ingens numerus sequebatur. Cete-
rum in equis mulis et camelis et elephantis aurea quoque fre
na luxus parum nobis permiserat victoriarum. Sed tunc
inexpirata ipsa pecora vix se continere poterant: milites
quoque nunc feramenta lambendo nunc oleum gustando di-
ram aliquo modo differre sitim vel auferre conabantur. vi-
dimus etiam plerosque pudore admisso suam ipsam vrinam
vexatos ultimis necessitatibus haurientes. que res me du-
pliciter torsit: primo de statu exercitus magis quam de proprio
sollicitus fui periculo.

Iussi tamen vt armati sequerentur agmen: legem diri me
in eum animaduersurum qui non legitimis indutus insigni
bus armis in acie deprehensus esset. Quod ipsi quoque mi-
rabantur. Quid ita vbi nullus appareret hostis necesse es-
set in tanta siti armatos ingredi. Sed ego sciebam per be
stiosa serpentinosaque loca nobis iter esse: ne opposito peri-
culo frangeremur. ac ne imprudentes circumueniremur
nec inopinato periculo feriremur. Ripam igitur fluminis
sequentes ad horam diei octauam ad oppidum peruenimus:
quod in medio amne in insula et his arundinibus quas pau
lo ante descripsimus erat edificatum. quo paucos indorum
seminudos notauimus homines: qui visi nobis continuo in
tra tectorum suorum culmina dilituerunt. Quorum ego
presentiam desiderans vt dulcem ignaris aquam demonstra
rent. Apparente nullo paucos iacere in ciuitatem sagittas
imperaui: vt si voluntate sua nolent procedere: metu belli
accepto exhiberentur. Tanto magis cunctis propter timo-
rem abditis: diu apparente nemine. ducentos milites de ma
cedonibus leuibus armis misi per amnem nataturos. itaque

quartam partem fluminis natauerunt: cum horrenda res visu subito nobis conspecta est. maiores elephantorum cor/poribus hyppopotami inter profundos aquarum vicei une gurgites raptosq; in verticem crudeli poena milites flenti/bus nobis absumpserunt. iratus tunc ego ducibus qui nos in insidias deducebant iubeo ex his centumquaginta in flu/men mitti quibus propulsis natantibusq; inuicti sursum hyppopotami dignos iusta poena affecere. Sed magis ex/plicato numero beluaruz q̃ prius affuit multitudo ad spez inde contingentis cibi. vbi cum apparerent veluti famelici se exibuere. Et ne noctu cum aquarum prodigijs bella ge/reremus iussi dato signo buccine ad iter militem adaptari. Quid enim in tali loco manere sitientibus proderat? Igi/tur: ab hora diei tertia cum ad horam vndecimam iter fe/cissem vidimus homines per medium amnem factus et arũ dine rotundis preter vebi nauiculis. Quos cum dulces aquas percuntaremur sua lingua vbi inueniri possunt dire/runt. ingens stagnum dulcissime aque nos inuenturos: quo z ipsi nos quinquaginta itinerum duces erant ducturi. Et quoniam feruz nobis erat tot instantia perpeti mala: nocte tota ambulauimus siti z onere armorum confecti. Quibus necessitatibus illa quoq; adiciebant incõmoda. quia tota nocte incursantibus leonibus vrsisq; tigribus pardisq; ac lyncibus pariter resistebamus: que genera ferarum promi scua nobis in siluis occurrebant. Tandem ad horam cir/citer octauam postero die cum iam siti pene defecissemus ad predictum nobis stagnum peruenimus. quod erat circũ datum vetustissima habundantiq; silua mille passus pateq. Tunc ego dulci aqua potata gaudio alacri: Sed z pecora z impedimenta cum exercito refecta sunt. moxq; cum lassa quadrupedia z militem refecisset mitti castra in longuz sta dia vigintiduo totidemq; in latum collocari iussi. quibus celeriter erectis iubeo cedi nemus vt faciliter aquatoribus accessus esset ad stagnum. quia vnicum in illis regionibus erat. Igitur inter ipsa tentoria agerabantur impedimeta.

⁊ elephanti in media castrorum parte collocabantur: vt spa-
tius contineri possent si quis nocturnus casus pauorue ori-
retur tumultusqꝫ aliquis nouus. Cum iam mille quingenti
extra insecus essent ignes accensi sufficiente silua quantum
velimus deinde testante buccina cibum ⁊ ipse coepi ⁊ mili-
tibus capere imperaui. Accensis lampadibus aureis ad mo-
dum duobus milibus. Cum ad primos lunę radiantis or-
tus subito arectis caudarum aculeis a pascualibus indicis
scorpiones propter consuetam petentes aquationem ad ca-
stra innumeri confluxerunt tumultu acciti nostro an siti in-
certum erat. Sed ad nocendum prompti sunt. Hęc prodi-
gia insequta sunt immensa vitia stantium repentiū immo
serpentium varijs distincta coloribus. Nam quędam ru-
bentibus squamis erant: quędam nigri vel candidi coloris:
quędam auri consimiles inspiciebantur. Sibilabat tota re-
gio non paruum nobis inferentes metum: sed frontem ca-
strorum densa abamus clipeis ⁊ in manibus lōgas habeba-
mus hastas: quarum acutissimis spiculis malas pestes con-
figebamus ⁊ ignibus plures aliquando necabamus.

Quę res nos prope duas horas in hoc opere sollicitos te-
nuit potata aqua minores serpentes abire coeperunt: maio-
res cum ingenti gaudio nostras latebras petierunt.

Cum ad horam tertiam noctis aliquam sperantibus nobis
requiem binorum ternorumqꝫ capitum cristati serpentes
indici columnarum grossitudine aliquantulo maiores ad
potandum aquam et vicinis montium speluncis pro-
cessere. oribus squamisqꝫ suis humum atterentes quorum
pectora erecta cum trisulcis linguis fauces exercebant scin-
tillantibus veneno oculis: quorum halitus quoqꝫ erat pesti-
fer: cum hisqꝫ hora non amplius vna bellauimus triginta
suis. ⁊ viginti milibus nostris amissis. orabam Mace-
dones ne aduersis casibus cederent. ne ve deficerent animo
inpericulis quamq̄ ⁊ ipsorum est dura patientia. omnes ip-
si se efficiebant operi.

Post serpentes cancri Immodicę multitudinis croco-

uillorum pellibus contecti ad castra venerunt: que prodigia testitudinata toracataqȝ ferrum respuebāt multa ignibus vsta se in stagnum iecerunt. Jam nos vigilijs inquietos quinta noctis hora buccina admonebat quiesciendum. Sed affuere albi leones taurorum comparandi magnitudini cum ingenti murmure cōcussis ceruicibus stantibus: al te iubis ad modū fulminum in nos impetum fecerunt. exceptiqȝ venabulis ruunt tantus repentinus oriebatur tumultus cumulante ceca nocte. Nec minus apri ingentis forme iactis veluti vallo horrentibus metuendi mixti maculosis lyncibus tigribusqȝ: ⁊ horribilibus pātheris miscebantur prelia. nulli iam pesti comparanda sed ⁊ vespertilionū ingens columbinis corporibus equalis in ora vultusqȝ nostros inferebatur multitudo habens dentes in morem hominum quibus artus militum molebant. vna preterea noui generis bestia minor Elephanto apparuit tribus armata in fronte cornibus quam indi appellare dentem tyrannum soliti sunt. equo simile caput gerens: atri coloris: nec potata aqua intuens castra in nos subito impetum dedit. Nec ignium compositis tardabatur ardoribus ad quam sustinendum cum apposuissem Macedonum manum uiginti sex occidit: quinquaginta quinqȝ calcatos inutiles fecit: uixqȝ ipsis militum dextra uenabulis extincta est. ante lucanū deinde tempus a celo pestes uenere candido niue colore ad modum ranarum: cum quibus mures inditi in castra per gebant uulpibus similes: quarum morsu uulnerata quadrupedia statim expirabānt. hominibus idem morsus non usqȝ ad interitum nocebat. appropinquante autem luce noctico races uenere aues uulturibus similes sed corporis immanitate superabant colore fuluo pedibus rostrisqȝ nigris optatam stagni compleuere ripam: nullam nobis pernitiem inferentes: sed solitos pisces cum unguibus extrahebant: insumebantqȝ: quas nos aues neque fugare: neqȝ abigere ausi eramus: sues grunitibus de conspectu nostro abigere. Tum ego locorum demonstratores qui nos semper per in

sidias deducebat pessime meritos crurifragio puniri iussi & nocte uiui spirantes a serpentibus consumi ut nos consumere uoluerunt. Manus quoq; eorum confringi imperaui ut merito pro factis suis uterentur supplicio. Habita deinde contione ut fortes milites essent: nec uel aduersis ut femine casibus cederent: castra concentu buccinarum repente ad noti uenti spiramina tenti ubi collectis barbarorum indorum siris noua conspirantes bella cognouera: militibus meis imperaui qui ingentis erant animi quippe quibus & census uictoriarum suppeditabat & felicitas.

Relictis igitur periculosis locis munitum uit tandem iter calcauimus. & in loca bactrianorum auro diuitiisq; opulenta peruenimus benignisq; excepti commeatibus: cum persarum adiacerent agro: in reparando castra bello uiginti dies statui: ocio facto mox dierum quattuor itinere peruenimus ubi cum collecto Porus consederat exercitu proprie se dittioni q̄ prelio dare de ratus. Nam & commeatus Porus nobis palam non ut hostis dedit potestatem: cupidusq; me nosse: milites meos subinde commeantes interrogabat: ubi ego essem uel quid ego agerem. Qui cum incerta responderent ipse auditis eius interrogationibus. omnia & enim mihi Regi magno Macedonum: sumptoq; habitu militari depositoq; meo cultu perueneram in castra uini & carnis tanquam emptor: casuq; Porus sciscitans me interrogabat quid faceret Alexander? aut cuius esset etatis? quem ludens mendatio temporis: tanquam homo senior inquam Dux noster in tabernaculo accenso igni se calefacit.

Tum ille gaudio alacer: quia cum decrepito sene esset bellum commissurus cum esset ipse iuuenis elatusq; tumore. Quid ergo inquit non respicit aetatem suam? Respondi uno idem proposito ignorare me quid faceret Alexander. Cum essem gregarius ex Macedonico miles exercitu: Tunc ille tradidit mihi minis plenam epistolam: quam si Regi Alexandro darem policitus est premium: cui iurans

viri futurum vt in manum eius he littere peruenirent. Reuersusq; in castra & antequam legerem & postquam legi epistolam magno risu sum dissolutus: cuius tibi & matri mee sororibusq; meis vt superbiam inclinatamq; barbari temeritatem mirareris exemplar misi. Mox contuli me ab insidijs victis superatisq; his ita vt volebã erepta armis Poro regna constitui. Qui vt ei insperatus honor donatus est: mihi thesauros suos manifestauit: quos esse ignorabam. Ex quibus me & Comites meos & vniuersum ditauit exercitum: factusq; amicus ex hoste Macedonibus ad Herculis Liberiq; trophea deduxit. In orientis autẽ vltimis horis aurea vtraq; deorum constituta erant simulachra: que an solida essent scire cupiens perforaui. Et id ipsum cum viderim solida simili metallo compleui. liberumq; & Herculem delectis victimis complacaui. vltra deinde progressi si quid memorabile cerneremus. nihil preter desertos ad oceanum campos siluasq; ac montes audiuimus: in quibus elephanti & serpentes esse dicebantur. pergebam tunc ad mare volens si possem orbem terrarum circum nauigare: Ecce amnem quem tenebrosum vadosumq; mihi locorum in cole affirmabant. Quod que Herculis & liberi ausus nemini esset temptandum prestantissimorumq; deorũ. Tanto maiorem me ipsis videri velle q̃ patientia mortaliũ sacra preterirem vestigia qui ibi honoratis collaudatisq; sinistram partem indie perscurtari constitui: ne quid mihi in ignotis subtraheretur locis Poro rege non detractante ne abdita legere videretur regni sui bona.

Palus erat sicca & coeno habundans: per quam cum transitum temptarem belua noui generis ferrato tergo duo capita habens alterum Lune simile hyppopodami pectore: Crocodilli alterum similimum duris munitum dentibus quod caput duos Milites repentino occidit ictu: quem ferreis vix vnquam comminuimus malcis. & astis non valebamus transfigere admirati sumus diu nouitatem eius peruenimus inde ad siluas indorum vltimas vbi cum castra

per

per quinquaginta in longum stadia ⁊ latum fere collocaui-
mus iuxta amnem hiemar coeperamus manere velle pur̃
sub nocte hora diei vndecima cum subito pabulatores li-
gnatoresq; commoti omnes simul aduenientes nunciant vt
celerius arma caperemus: venire e siluis elephantorum im-
mensos greges ad explenda castra. Imperaui ergo thessa-
lis equitibus vt ascenderent equos: secumq; tollerent sues
quorum grunitus timere bestias noueram: ⁊ occurrere pri-
mum elephantis: iussi deinde alios cum hastis armatos sub-
sequi equites: ⁊ vt bucinas omnes adissent in prima acie e-
quis insidentes precedere: pedestres omnes remanere in
castris. Ipse cum Poro Rege ⁊ equitatu procedens video
examina bestiarum in nos erectis promuscidibus tenden-
tia. quorum terga nigra ⁊ candida ⁊ rubri coloris ⁊ varia
quedam erant. Hos Porus Rex capi ab illis mihi ad vsus
bellorum affirmabat: facileq; auerti posse si ab equitibus
verberari sues non desisterentur. Nec mora trepidantes
elephanti conuersi sunt tam plures q̃ pugne priores saltus
petere coeperunt. bucinis hominum grunitibusq; suum at-
toniti quorum equites cedendo poplites admodum nonin-
gentos octuaginta occidimus: Decerptisq; cornibus insi-
gni honustus preda in castra perueni.
Iussi tunc clipeis ⁊ lorica vallum precingere: ne quid iniu-
rie noctu elephantorum violentia ferarũq; aliarum affer-
ret. Nox quieta fuit vsq; ad lucem. primum deinde aurore
curriculo in alias indie profecti regiones. nam in campo pa-
tenti mulieres virosq; pilosos in modum ferarum toto
corpore nudos vidimus: pedum altos. viij. hos indi faunos
appellant. hi assueti fluminibus magis q̃ terris erant: cru-
do pisce tantum modo ⁊ aquarum haustu viuentes: quos
cum adire vellemus vicinius ebigmariti fluminis se immer-
sere vorticibus. Cenophalis deinde ingentibus plena inue-
nimus nemora: qui nos allacessere temptabant. ⁊ eiectis sa-
gittis fugiebant. Nam deserta ibi intrantibus nobis loca
nihil dignum spectaculo ab indis vltra superesse referebat.

Igitur rursus ad occidentem signa conuerti imperaui : vt
ex eo loco vsq3 ad duodecim miliarium castra vicina aqua
rioni poneremus. que erecta cuncta tentoria erant largiq3
ignes accensi. cum repente euri venti tanta vis flantis exor-
ta est: vt omnia tabernacula principiaq3 conturbauerit e-
uerteretq; maiorem in modum stupentibus nobis: quadru
pedaq3 multo vehementius vexabantur exitu scintillarum &
titionibus: his in terga venientibus adurebantur. Tum hor
ror militesq3 noctuali tempore id accidisset non deorum ira
quia octobre mense autunnoq3 vrgeret. vix tandem recol-
lectis sarcinis ex integro in apritiore valle sedem castrorū
inuenimus. ordinatisq3 rebus omnibus coenare militē ius-
si. Nam & flatus euri ceciderat. & frigus ingens vesperti-
no accrescebat tempore. Cadere mox in modum vellerum
in mense coeperunt niues : quarum congregationem me-
tuens ne castra cumularentur calcare militem iubebam. et
primum vt iniuria pedum tadum tabesceret. prodebantur
& ignes aliquatenus qui niue pene erant extincti. vna tamen
res fuit saluti ꝙ in momento temporis he delete sunt niues
imbre superueniente largo: quem protinus atra nubes sub-
sequta est visq3 sunt nubes ardentes de coelo tanꝙ faces
decidere: vt incendio earum totus campus arderet. verebā
tur dicere ne deorum ira nos premeret. ꝙ homo Herculis
Liberiq3 vestigia trāsgredi conatus essem: iussiq3 militis
scissas vestes opponere ignibus. Nox serena continuo re
dita est nobis orantibus. Tunc ignes ex integro accendun
tur. & securis epule capiuntur. & triduo continuo sine sole
claro noria in nobis accidit pendente minaci nubilo & ego se
pultis ad modum quinquaginta militibus qui inter niues
perierant castra immutari imperaui. nam edita coelo pro-
mōtoria ad occeanum in ethiopia vidimus. ethneos quoq
montes in antrū Liberi quo perditos immisimus. Qui ter
tia die febribus dicebantur mori qui speluncam dei intra-
uissent. Quod fuisse manifestum mortibus eorum probaui-
mus, quia intraui preter religionem. & sine muneribus spe-

cus non potatus suplex orabā numina: vt me regem totius orbis cum sublimibus trophęis triumphantem in macedoniam Olimpiadi matri meę remitterent. Quam rem frustra me petere ita cognoui: quoniam dum siscitarer si quid etiam ad hoc videre possum dgnum admiratione aut memoria. omnibus indis dicentibus nihil aliud memorabile inuenire posse in illis locis ꝙ quod cognouimus.

Tūc diuerti signa in Fasiacem imperaui anthi noti venti flatum sequius. dumq; in itinere sumpsi agmen sub signis me ducente duo facti sunt nobis obuiam : quos cum interrogarem si quid noscerent in illa regione dignum memorię spectaculum : responderunt mihi esse viam non amplius dierum decem: perdifficilis esset tamen accessus ꝓpter penuriam aquę tantisq; impedimentis si cum vniuerso pergere exercitu vellem. caeterum si comitatus quadraginta milia hominum proponerem propter itinerum angustias semitas ꝛ propter bestiosa satis loca posse mihi contingere vt aliquod incredibile perspicerem negocium. Tunc ego quo facto letus dicite mihi inquam Duo senes humanitatis lege eos mulcens: quid sit istud quod mihi tam illustre tā magnificum pollicemini? Tunc vnus ex illis exilaratus blā da mea voce: videbis inquit rex quicunq; es duas solis ꝛ lunę arbores indice ꝛ grece loquentes: quarum virile lignū est solis: alterum lunę femineum est. ab his quę tibi instant bona vel mala nosce poteris. Qua re tam incredibili illudi me a barbaris senibus extimans eos impingi ꝛ aliqua contumelia iussi motari illa dicēs. Ita ne eo maiestas mea peruenit ab oriente vsq; ad occidentem vt a senibus ac decrepitis illudi me videar? Quibus iurantibus se nihil falsi comiscere experiri me posse an vera dicerent aperiendum in breui non esse vanum. orantibus quoque amicis comitibusq; meis ne tantę rei experimento fraudaremur quadraginta milia mecum cum equitatu trari: remissis in Fassiacē copiis cum quibusdam prefectis exercituque cunto elephantis ꝛ impedimentis omnibus Rege Poro: mor electo robo

re iuuentutis admiranda visuri spectacula: ducentibus in-
dozu3 senibus iter arripuimus: qui nos vt dixerunt ꝑ auia
egentia penuriamq3 aquarum ⁊ per tot serpententum fera
rumq3 loca deduxerunt vsq3 in proximam oraculi sedem:
de quibus feris ⁊ serpētibus: quia innumeri ⁊ indica lingua
erant vocitati scribendum tibi non putaui.

Cum appꝑinquaremus regioni a nobis petitę vidimus
foeminas virosq; aliquos pantherarum tigridunq3 pelli-
bus contectos: a quibus cum requireremus qui nam homi
nū essent: indos se sua lingua esse dicebant. Locus erat lar
gus thure ⁊ opobalsamo immenso abundauerat: quę pluri
ma in ramis suorum nascebantur nemorum: ⁊ vesci incolę
eius regionis consueuerunt. Et cum sessarium nobis prędi
ctū ⁊ multis cognitū incidissemus pedū amplitudine decez
statura altior: nigro corpore: dentibus caninis antistes ora-
culi apparuit: per foratis auribus: ex quibus vniones depen
debant. ⁊ erat vestitus pellibus. ⁊ cum nos more suo salu-
tasset interrogare coepit: vt quid ego venissem: Dixi me cu-
pientem aspicere arbores sacras solis ⁊ lunę. Tunc barba-
rus si a coitu puerili inquit foemineoq3 tactu vacas. s. in-
trabis diuinum locum a stantibus amicis meis ⁊ cōmilito-
nibus mecum circiter tercentis. ponere anulos: vestesq;:
cum calciamentis imperauit. Parui per omnia homini vt
pareremus religioni. vndecima hora diei expectabat sa-
cerdos solis occasum. Nam solis arborem loqui ac respon
sa dare mane ad primas vibaris ortus affirmabat.
Item noctis eadem tempora custodire lunę narrabat arbo
rem. Quę res mihi mendatio magisq; veritati similis vide
batur. Igitur per ambulare totum incipio nemus. Quod
intra parietatem erat non magno ędificatum opere: vidi
oppobalsamum cum optimo odore ex omnibus vbiq; arbo
ris ramis abbundantissime manantem: cuius odore captus
⁊ ipse ambulans de corticibus vellebam ⁊ idem amici mei
faciebant. In medio autem loco sacrę arbores consistebant
diuersis frondium generibus circumastantibus: hę arbo-

res pedum altę centum erant: easq; belbrionas indi appel-
lant cum admirarer: diceremq; frequentibus imbribus in
tantum eas creuissę: sacerdos Secundo affirmabat mihi
nunquã in his locis pluuiam neq; feram aut auem aut vl-
lum adire serpentem. Illas autem arbores antiquitus ab
Indorum maioribus consecratas soli & Lunę affirmabat.
easq; in ecclipsi solis & lunę vberrimis lachrymis commoue
ri: de numinum suorum statu timentes. & cum sacrificare
instituerim & victimas immolare: prohibitus sum a sacerdote
qr negabat licere aut thus in eo sacrario igni vri: aut ani-
mal vllum interfici: sed volutus truncis arborum oscula
dare: orareq; solem & lunam pręcepit vt veridica mihi da-
rent responsa.

Quod ergo cum facturus essem interrogandum tamen sa-
cerdotem existimaui indice an gręce mihi arbores essent re
sponsurę: tunc ille vtraq; lingua solis arbor pronunciat fu-
tura. Lunę gręco sermone incipit indico finit. Dum ista gerũ
tur vidimus ab occidente iuba refulgẽte Phębi radijs per-
cussa arborum cacumina. Sacerdos alte inquit sursum om-
nes intuemini: & de quibus quisq; rebus consulturus est.
occulto cogitet silentio. nemo palam pronunciet. Tum e-
go & amici & commilitones mei accuratius intueor inter ne
morum densitatem: ne aliqua seductione nos hominum ali-
quis eluderet. morq; nullo dolo interueniente ad cacumina
arborum ramosq; perspeximus: stantibus nobis cominus
diuina aures occupant oracula. Cogitabam etenim si deui
cto orbe terrarum in patriam triumphans ad Olympiadẽ
matrem sororesq; meas charissimas possim reuerti. Cum
subito indico sermone tenuissimo arbor respondit.

Inuicte bellis Alexander vt constituisti vnus eris orbis ter
rarum dominus. sed viuus in patriam non reuerteris am-
plius. quoniam fata tua ita de capite tuo statuerunt.

Hęc ergo audiens mẽte percussus sum: displicuit enim mi
hi q tam multos adduri mecum ad sacras arbores. simul
& amici mei & comites qui mecum erant fleuerunt valde: &

conti istati sunt: quos ego partim minis: partim muneribus consolatus sum: precepique eis vt nemini hec responsa dicerent.
Rursus autem lune oracula auditurus. quia media nocte posse fieri sacerdos affirmabat: quoniam tunc luna erat orit ura: assumpsi mecum treis fidelissimos amicos Predicam Atthanam & Philotã: quia nullum metuebam in illo loco: nec me quisquam timebat: vbi neminem fas erat interfici. Iterumque locum intrantes iuxta sacras arbores constitimus: mor solita consuetudine adoramus. Consulens ergo vbi moriturus essem: & cum ad primum lune ortum percusso cornu splendoreque accepto arbor grece respondit.
Alexander inquit plenum iam etatis finem habes. sed sequenti anno mense nono Babilonie morieris. Et a quo minime speras decipieris.
Tunc ego effudi lachrymas & amici mei circunstantes flebant. nullumque ab eis dolum vel scelus resurrecturum existimabam. Sed magis pro mea salute mori paratos: neque ego quicquam de fidelissimis amicis consulerem vt illos cauendos Alexandro premoueret oraculum. Discessu deinde facto iam ad epulas reuertimur. Ego animo eger ad requiem uado: rogantibus amicis meis ne me anxietate & ieiunio afficerem: paululum cibi contra animi uoluntatem sumere cepi: meque ut promptus essem ad primum solis ortũ in sacrario collocaui. postera die matutinis experge factus diluculo amicos & iam semi sopore somno excitos: sed adhuc ipse quoque sacerdos uelatus pellibus ferinis quiescebat: positaque ante eum in tabella ignes libatura erat que illi ex pridiana cena superfuerat & cultrum eburneum; nam ere & ferro & plumbo & argento egent: sed auro abundant. oppobalsamo & thure uescuntur. Cadentemque riuo puram et uicino monte potant aquam homines: accubantes & quiescentes sine ullis ceruicalibus stratum tantum pellibus ferarum bis amicti & conserti uiuunt.
Excitato igitur sacerdote locum intraui tertio consulturus

.L. sacratissimam solis arborem . cuius manum percussoris habeam cauendam . quem ue exitum mater mea sororesq3 meę habiturę sunt. Arbor gręce dixit.
Si mortis tuę insidiatorem tibi prodiero . sublato eo facile instantia fata mutabis. nam mihi tres irascerentur sorores q fere dico oracula earum pensans impedirem Cloto: Lachesis: et Atropos. Igitur ad annum et menses septē in Babilone morieris: non ferro: quod suspicaris: non auro: non argento neq3 vllo metallo: s3 veneno. Mater tua turpissimo ac miserando quandoq3 exitu insepulta iacebit in via preda auiū ferarūq3: sorores tuę foelices diu erunt. Tu.n. et si breue superest tempus: dñs tamen orbis terrarū eris. Nunc tu caue ne nos vlterius sciscitaris vnde excede tei minos luci nostri et ad Fasiacem Porūq3 reuertere.
Sed et sacerdos emonuit vt abiremus dicens fletu et vlulatu vestro sacras arbores offendi. Tunc ego continuatus ad vniuersos milites dixi vt Porum ad Fasiacem ex respōso repeteremus q nobis faustum foelixq3 futurum esse. & tempore vitę meę ne a cōmilitonibus meis redditus in desperationem in alienigenis destituerer locis. et eorum voces quas ex responsione vna mecum audierunt qui his nominibus appellātur. Sermition prelitis filius et mistorinis et E burotes et lacon et trācleō et deditus et mathon et odones et sabbrus et sumficlus et perdican et philotan et prefectus pretorij Diarotas. Sed silētio quę audierunt ex sua fide et meo tegebant cōsilio. Jamq3 ex sacris excesseramus arboribus: sed iam odore thuris oppobalsamiq3 nares verberabātur. Indi enim sacra deorum ad occeanum tenebant dicentes me quoq3 esse immortalem: q ad vsq3 euum et terminos penetrare potuissem. Quibus ego quod de nobis opinantur insinuans gratias agebam. Peruenimus deinde in vallem Jordani in qua serpētes habitabāt habentes colla lapides qui smaragdi appellantur. hi lumen in oculis perfusum accipiunt. hi vallem nulli adeundum colunt. hi serpentes lasere et albo vescuntur pipere. Nam supra vallem hanc

sunt piramides institute pedum trecenum & quinq; que ab antiquis indorum ad hanc causam edificate. Sed hi serpentes quos pauloante descripsimus inter se quot annis vere primo depugnant multicp morsibus depereunt. Jnde non paucos extulimus in gentis forme smaragdos per magna pericula incedimus & in scitas talis generis bestias habentes capita leonum & caudas vnguibus binis late ad sexquipedum quibus verberabant homines & inutiles fiebant his erant intermixti grifi rostra habentes aquilarũ & alia parte corporis dissimilimi. Qui mira celeritate in ora oculosq nostros resiliebant. pedum binorum ternorum ferebantur sicut ciclopeosq nostros caudas crudelem in modum verberabant. Qui partim sagittis partim contis militaribus configebantur. perdidi in eo certamine ducentum & sex milites bestiarum vtriusq generis morsu occidimus ad .19. inde ad oclinas flumen peruenimus quod sine flexu recte ad occeanum ferebatur latũ stadijs ad ripam alteram viginti vestiebant arundines ad tercentum per littora quarũ vnam triginta milites vix ferre possent. excedebant autem arborum procerissimarum altitudinem. Jn his arũdinibus strarum potentissimo euro vidimus. inhabitabant enim locum eundem millia elephantorum innumera qui nos nescio quo facto nec lacerare temptabant. alioquin crudelissime percalcati eramus. multis collectis dentibus & ratibus ex arundine factis transnauigauimus amnem. Jnhabitabant litus vlterius indi balenarũ ferarum cõtecti pellibus. Non fuere inhospitales: qui nobis spongias albas purpureasq; in manus dedere cum bucinis & genere coclearij capientes binos ternosq; congeries & stragulas mollesq; tunicas & ex uitulorum marinorumq; pellibus factas coclea preterea sextariales esce pulcherrime. Jtem uermes ex ipso flumine extracti femore humano crassiores qui uobis õni genere piscium sapore preferendi sunt & fungos immense magnitudinis uiginti coto rubriores posuerunt nobis & murenas habentes pondera uiginti affirmantes esse maiores

si uicino

in uicino ipsis oceano qui erat ad miliarium tertium ꝛ uige- simum. pisces preterea scaruos ponderis centeni quinqua- geni qui in gurgitibus uasis eburneis capiebantur ne arun- dines morsu confringerent. atq; capillate mulieres que pi- sce uiuebant aquis immerse pretenderint. Que ignaros re- gionum homines in flumine natantes aut tenendo in gurgi- te suffocabant ac tractos in arundinem cum essent spetie mi rabiles affectu suo auide uictos rumpebant: aut uenerea e- xaminabant uoluntate. Quarum nos duas tantummodo capiebamus colore niueo similes nymphis diffusis per ter- ga capillis. in gange flumine erant admirabilia portenta: de quibus: ne tibi fabulosus uiderer. scribendum non putaui. nisi q apud flumen boream uentus ꝛ esola eufratis ad no- thi uenti spiracula exeunt. Quorũ fluminũ ripe altera ab a- lia conspicue non sunt earũ aquarũ latitudine. inde ad ca- stellũ quod indi incolunt peruenimus.

Que gens iustissima omniũ gentiũ esse perhibetur: ubi nec homicidiũ: nec adulteriũ: neq; periuriũ: nec ebrietas cõmi ctitur. pane tantũmodo ꝛ oleribus ꝛ aqua vescũtur ubi dñ monita a senibus optimis accepimus qui nos recte ducen- tes per caspias portas ad Porum in Fasiacen deducebãt. Nõ auditis his semꝑ dolũ suspicãtes flatus euri vẽti sequ ti incidimus ĩ mirabiles feras de quaꝝ capitibus veluti gla dii a vertice acuti serrata eminebãt ossa q̃ more taurino ad uersus hõines incurrũt. Tũc inuicte fere plurimorũ mili- tũ clipeos cornu suo trãsuerberabãt. Quibus ergo occisis ad modũ octomilibus ꝛ quadringẽtis qnquaginta sic inde exercitus meus ad Porũ cũ sũmo labore ac periculo metu ꝗ militũ ꝑuenit. Ibiꝗ legato meo precepi quẽ presidio pre posueram Nomine alticonen vt Pori ꝑsarũꝗ babiloniorũ pilas solidas aureas duas pedũ vicenũ qnũ ꝛ ĩ his oĩa fa- cta scriberet faceretꝗ in vltima india vltra liberi ꝛ hercu- lis trophea q̃ numero centũ erãt: q̃ ꝛ ego qnque mea eiꝗ aurea eis altiora denis pedibus statuere imperaui. Queꝗ mira cultura miraculo futura sunt Charissime ꝓceptor po steris seculis nõ parua admiratione nouũ ꝑpetuũꝗ viri-

dus statuimus monimentū: vt (videndū oībus mortalibus esset ⁊ ppetua d̄ nobis opinio fieret. Hec animo ⁊ industria optime Aristoteles ponderaris.

¶ Secreta Hippocratis feliciter incipiunt.

Dixit Hippocrates: qn̄ i die sexa acute egritudinis apparuerit apostéa nigrū in posteriori parte auris: morietur in decimaseptima die.

Et cum in iuncturis idropici erit apostéa vel in pedibus: liberabitur post mensem a die qua apparuerit.

Si vero supra nasum apparuerit apostéa sicut lenes viridis vel nigra: moritur in fine anni a die apparitionis.

Et qn̄ febriens habuerit doloré in ypocūdrijs sinistris: ⁊ apparuit in loco apa: delituritq; subito: morief in tertio die.

Et si pustula nigri coloris fuerit vel pauonis coloris in pollice sinistri pedis: scias q; est pestilentia.

Et si patiens alienatus fuerit ante tertium diem: morietur in septima.

Et si exiturā papille vel pustule nigre in lingua febriētis fuerit in die nō cretico: pronosticant mortem: ⁊ signus eius est q; alienatus est post dolores totius corporis.

Cardyaca statim post somnum significat abundantiam humorum in corpore: ⁊ pronosticant mortem subitaneam.

Cum exierit in palpebra febriētis apostema quasi auellana si non sensu dolet ⁊ grauitate: morietur in tricesima die.

Qui multū i somno loqtur pnosticare ipm appoplericū.

Paucitas sitis in febre acuta vel frigiditas pedum pronosticatur mortem decima die.

Cum exierit in summitate nasi apostema nigrum subito cum forti dolore morietur in duobus mensibus.

Qui caucrit odoratu sine reumate: febrem pronosticatur.

Dolor iuncturarum in iuuentute sine causa breuitatem vite significat.

Tremor genuum post somnum cum remanentia virtutis pronosticatur paralisim.

Cum in ascha apparuerit apostema acutū: morietur in

spetem mensibus.

Grauitas lingue in iuuentute post eius leuitatem significat mortem subitaneam.

Cui in cartilagine auris exierit apostema cum forti dolo re morietur in tribus mensibus.

Qui patitur ephimeram et effluxerit sanguis ab eius naribus: morietur in tertio die.

Qui dormierit oculis apertis absque consuetudine: epilepsiam pronosticatur.

Quando febriens manu huc et illuc quesierit mortuos morietur in tertio die.

In quo febriente apparuerint dispositiones insuete: si discooperiat pudenda absque rubore: et loquitur verba turpia morietur omnino.

Alienatio in omni egritudine pessimum.

Permanentia sensus non pronosticatur euasionem omnino.

In cuius corpore apparuerit macula celestis coloris et inflammans omnino morietur in mense.

Et si fuerit sine pruritu et ardore: morietur in septem mensibus.

Pustule nigre et viridis coloris mortales: maxime si fuerint cum febre acuta.

Cum sensus odoratus fit insueto obtusus: surdum pronosticat.

Qui appetit comedere in horis non suetis humores venenosos in eius stomacho pronosticatur.

Et si fuerint augmentati inferunt mortem.

Qui multum studuerit contra voluntatem suam in libris pronosticatur vigilias vel maniam vel melancoliam.

Quem ledunt cito cibaria nociua: debilitatem membrorum principalium significat.

Qui multum sufferunt sitim: fortis sunt complexionis.

Credulitas significat malitiam intelligentie: sed temperata magis conueniens.

Qui transiuerunt quinquagesimum annum: et accidit eis dolor renum: non curantur. Sed que magis prosunt eis: sunt medicine operantes occulta proprietate et virtute. (rief.

Qui transierit quinquagesimum annum: et accidit ei frenesis: mo-

Iuuenis cui accidit pleuresis magna: morietur.
Cui accidit febris cũ tussi: vbi tussis recesserit: pronosticatur apostema in aliqua iuncturarũ.
In cuius corpore accidit sepe dormitatio: pronosticatur ipsum mori cito propter paucitatem spirituũ in corpore.
Qui piger est ad motũ pnosticatur dolore iuncturarũ.
Cui sudor assellarum fetet lepram pronosticatur.

## TRACTATVS SVBTILIS ET VTILIS Auerrois de venenis.

Venenum aut a forma specifica: aut complexionata: si hoc secundum aut a caliditate: aut frigiditate: aut ab humiditate. Cap. pri.

Omnes species mortiferorũ patiũtur in duo genera: sub quibus sunt species quasi infinite. Primum est eorum: que occidunt a formã specificã: qui composita ex quatuor elementis sunt cum in mixtione illorũ fit singularis modus et resoluunt de illis sm quantitatẽ illorũ receptorũ: donec ex eis est factum aliquod vnũ: ita est in specie illorũ qui occidunt a forma specifica sua: que adepta sunt formã veram ex mixtione elementorũ que infusa sunt ibidem: et facta est contraria vite hominis: quia spiritui eius et calori qui regit ipsum. Et ista sunt sicut succus laureole et nappellus: et species titimali: et metalli: et alij lapides similes illis.

Genus secundum est eorum que occidunt a forma complexionata id est qualitatibus primis istorum: et hec sunt tres species: vna est que occidit per caliditatem eius mirabilem: q' extinguit calorem naturalem: vt in lucerna in conspectu magni ignis: vel propter solem maxime calidum: vt in leone: ex quo est anacardus et gumme et consimilia his: et sub hac specie ingrediuntur omnia: que occidunt propter nimiã et superfluam caliditatem: donec dicantur vlceratiua et adustiua: vt vitriolum et viride eris et calx et auripigmentum et cantarides et litargirium et affodili: et rexagal et sulphur et es vstum. Et etiã alia que occidunt qualitate mala venenosa contraria nature: vt species omnes solutiue cũ attractione: vt scammonea: hermodactili: elleborus albus et nigris

esula ꝛ similia:ꝛ hęc etiam occidunt solutione ꝛ vomitu: ꝛ ꝙuis attractio illorum fit a forma specifica ꝛ aliquando fit iuuatiua:ꝛ aliquando nocitiua ꝛ tamen propter quātitatē magnam ꝛ continuationem. Species secunda triū specierū est: eorum quę occidunt qualitate frigida mirabili: quę est de primis qualitatibus: vt scorpio camphora opiū ꝛ huius/modi donec extinguunt ꝛ suffocant caliditatem naturalem: ꝛ hoc manifestum est: quia frigidum occidit calidum. Ter/tia quę occidit propter humiditatem mirabilem qꝛ oppilat ductus spiritus vitalis qui est in corde:ꝛ cōductus spiritus sensibilis ꝛ motiui qui est in cerebro:ꝛ reddit hominē quasi mortuū:ꝛ hęc sunt opiū ꝛ psilum coriandrū pisces maligni ꝛ simila: omnia.n.hęc humectāt humiditate magna quę ob turat meatus spirituum naturalium virtutū corporis ꝛ ani malium ꝛ cum humiditate multa ꝛ corrumpunt caliditatē naturalem: qꝛ multa humiditas calorem infrigidat. Quar/ta qualitas est siccitas quam prędixi iam vniuersaliter in quantitate caloris quia illi contingunt.

¶ Operātiū venenorū a forma specifica signa. cap. ii.

Amplius oportet tibi dare experimentū quo cognoscas quod istorum generum sit assumptum per ea quę apparent tibi in accidentibus ęgri. accidentia generis a forma specifi ca occidētiū sunt sincopis magna ꝛ linguę tenebrositas faci/ei frigus extremitatum vertigo ꝛ murmuratio insomnietas multa:ꝛ inuersatio aurium omnia ista accidentia cū super/uenerint infirmo incontinenti post cibum iudica ꝙ sumpsit venenū occidēs a forma specifica: sed vomitus insomnietas nō sunt accidentia propria sed vniuersalia.

¶ Venenorū a forma specifica operantiū curatio. cap. iii.

Et incipiamus medicinā vniuersalē duorū generū ꝛ dica mus ꝙ est vomitus vt celeriter prouocetur cuꝫ butyro vac cino resoluto in aqua in qua bulierit saluia: anetū ꝛ his simi lia. Qua colata in ipsa butyrum resoluatur ꝛ oleum oliua/rū:ꝛ oleum de auellanis:ꝛ hoc fiat ter vel quater ꝛ liga ex/tremitates fortiter: qꝛ cum hoc trahis humores ꝛ spiritus ad ipsas ꝛ conduces caloris virtutem similiter; sed saluia

anetum ꝛ similia sunt calida : quare non conuenit eis vti in omni vomitu nisi ſm q̄ dicam in posterū. Post vomitū re deas ad curandum infirmum de veneno cū medicina appro priata illi generi veneni sumpti da sibi in potu tyriacam de ltr. rebus ad pondus.ʒ. vnius cū vino odorifero in quo bul liat modicum saluię. Et multi dant in potu cōfestim cogno scentes venenū mitridati.ʒ.ſ. resoluti in vino calido in quo bulliatur saluia ꝛ origanum ieiuno stomacho : facies stare cum illo sex horis postea ciba ipsum pulla parua elixata si ue aliqua specie cum aliquantis micis panis in brodio eius: ꝛ pota aliquantulum de vino temperato calido. Et omnem maneriem venenati custodi a somno ne dormiat quantū po tes donec vomitus multus fuerit prouocatus ne venenum tempore somni impellatur ad cor cum calore naturali. Qui tunc sepelitur intus in corpus. Item caue a multo cibo ꝛ d̄ graui potu ꝛ serua ipsum in modū cantilenarum ꝛ similiū: ꝛ postq̄ quieuerit sex horis post cibum facilē da ei de tyria ca donec cognoscas omnia accidentia pertransisse quę erāt ante. Et si non esset tyriaca vel mitridatus tolle nuces ꝛ de auellanis ꝛ de folijs ruthę tritę: similiter cum aqua in qua bullierunt cappari ꝛ da potui. Et si stipticum ventrē habe ret facies clystere de furfuris violis ꝛ oleo oliuarum semel aut bis ꝛ post solue ipsum cum cathartico imperiali acuto ſm quod requirit virtus eius ꝛ da catharticū hoc in mane resolutum cū vino: ꝛ hoc post clystere si est stipticus ꝛ si fu erit nō cōstringas nisi fuerit vltra debitum. Et in die mun dificationis nō cibetur nisi bene fuerit mundificatus ꝛ sitim habuerit: ꝛ caue multum aerem frigidum tēpore hyemis: ꝛ a magno calore in ęstate proprie in die mundificationis ꝛ co medat leuia ꝛ pauca duobus diebus post mundificationem hoc ē regimē illius q̄ bibit venenū occidēs forma specifica. Item curatur alio modo aperiatur venter equi ꝛ cameli ꝛ euisceretur ꝛ patiens nudus in ipso intromictatur in quo moretur donec permaneat ibi caliditas. Deinde paret aliud in quo intromictatur cōfestim cū sit tractus ab illo ꝛ hoc faciat in tribus vel quatuor quousq̄ sanetur : ꝛ oportet q̄

iste sit pnceps magn9 z ad multos bis sufficiūt hec pdicta.

¶ Venenorum a caliditate operātiū signa. cap.iiij.

Läq̄ scribens medicinas que cōferende sunt bibētibus venenū in forma speciali idest q̄litate sua z āte regulā medicinarū: scias accidētia q̄ indicāt quale sit hoc venenū. Sciat ergo q̄ ois hō q venenat̄ veneno caliditatis occidētis que ē prima spēs triū z si nō corrodit: sed inflet comedētes vt Anacardus z intātū q̄ hō sumēs ista stādo in aqua frigida ca lesit actu q̄uis nō sit d̄ corrosiuis: vt vitriolū: z oia accidētia eius. sunt adustio fortis cum siti: sed si sint anacardi soli nō veniunt ad fortē adustionē: sed maximā habēt sitim: sed si fuerit d̄ corrosiuis accidit illi adustio fortis z ebullitio cū doloribus fortibus ledentibus stomachū z intestina. Et similiter his qui comederūt comestionē valde bulliētē q sunt exusti multiplicantur in ipso vomitus: z ē accidēs cōueniēs oībus: z aliqn̄ accidit ei stāguria z febris acutissima. Cum ergo videris hec accidētia: iudica q̄ uenenū assumptū ē ppter formam complexionis: scilicet in qualitate calida z humida: uel qualitate calida incensiua.

¶ Venenorū a caliditate operantiū curatio. cap.v.

Horū.n.curatio ē: ut prouoces uomitū fm ordinē supra dictū pluribus uicibus: z certe ppter multū incendiū aqua in qua debet resolui butyrū nō bulliat anetū: nec saluia: nec cōsimile: qz in hoc nō oportet uti aliquibus calefactiuis: sed tātū rebus humectatiuis delectabilibus q̄ tollant calorē z siccitatē q̄ adurunt mēbrū interius: z ideo recipe semina frigida lactuce fenugreci z aliquantulum liquiritie: pruna iuiube. Bulliāt in aqua usq; ad cōsumptionē medietatis z cola: post resoluat̄ in illis butyrū uaccinū z bibat: z prouoca uomitū semel uel bis: postea accipe zuccari uiolati de seminibus papaueris z aā. unc.i.q̄ liquefiāt in aqua predicta cū oleo amygdalarū dulciū unc.ij. z si nō reperiatur oleū amygdalarū dulciū micte loco eius oleū oliuarū dulciū lotum in aqua frigida: uel oleū uiolatū si uomit bene: si nō ꝑ uoca uomitū donec uomat: z post differat donec bibat multotiēs lac mulieris z asine mixtū cū aliquo pdictorū oleorū: z si illa la

ctis nõ reperiátur: põe lac caprinũ: ⁊ da etiá potui lac amyg dalarũ: ⁊ lac feminũ frigidorũ multis uicibus: postq̃ uomitus cessauerit fac ei stringere ut diximus supra: ⁊ post constringere: mundifica ipsum cũ pulpa cassia manna ⁊ zuccaro uiolato: ⁊ fiat aqua vbi viole semina cõmunia añ. unc. i. iuiube sebesten duo pruna. 3. liquiritie mundate unciam unã ordei excorticati. unc. ß. Oĩa coquãtur in duabus libris aq̃ donec redeat ad librá vnã colata post. ℞. medulle cassie fistule zuccari uiolati mãne añ. unc. ß. liquefiãt in alia aqua predicta quá bibat mane calidá nõ frigidá ⁊ nõ comedat donec mũdificatus fuerit: hũc patiẽté custodi ab oĩ carne calefaciẽte: ⁊ ab oĩ cibo calido ⁊ fructibus: ⁊ cõedat pullos ualde paruos: ⁊ bibat uinũ ualde téperatum: ⁊ regatur regimine febricitantium si curatur cũ dei auxilio abstineat a tyriaca qz adderet malum malo.

¶ Uenenorũ a frigiditate operãtiũ signa. cap. vi.

Accidẽtia spẽi secũde scilicet accidentiũ qualitate frigida ut scorpio ⁊ camphora sunt qui comedunt puluerem scorpionũ siccorũ: aut bibũt vinũ in quo ipsi moriũtur: aut oleũ in quãtitate magna uel attritione multa: infrigidatur corpus eius ualde intus ⁊ extra: ⁊ minuitur appetitus eius ⁊ desiccantur caro eius ⁊ oculi eminent ⁊ facit in carnibus eius puncturam acuum ⁊ diminuuntur ⁊ attenuantur usq; quo moriantur.

Eorundem curatio. cap. vii.

Cura huius propria est vomitus ut fiebat cum rebus occidentibus sua forma: ⁊ post hec bibat tyriacam vel mitridatũ s̃m supradictũ modũ: ⁊ postea habeat oleũ amygdalinũ dulce cũ condita zuccari. ⁊ oleũ ipsa ũ ⁊ illo vtatur.

¶ Explicit opus.

VENETIIS M. D. LV.